Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Wilhelm Ponat Georg Leopold Ponat

Georgii Wilhelmi Ponati, Gymnasii Osnabrugensis quondam Rectoris, Excerpta optimarum dicendi formularum, Ex Terentio, Cornelio Nepote, Q. Cvrtio, Et Ciceronis libris de Officiis : nec non X ejusdem Orationibus, pro Archia nempe, Marcello, Ligario, Dejotato, e IV. Catilinariis, pro lege Manilia et pro Milone in faciliorem imitandi vsum primum edita

Osnabrvgi: Typis G. Kislingii, A. 1731

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862862442

Druck Freier Zugang

PUBLIC DOMAIN

G. C. Dettardiny.
1749.

19. a. 10.

7

Cd-977 1.2.

~~C. II. d. 3048 1.2.~~

~~XVIII. XIV. 14.~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862862442/phys_0002
DFG

GEORGII WILHELMI PONATI,

Gymnasii Osnabrugensis
quondam Rectoris,

EXCERPTA

optimarum dicendi formularum,
EX
TERENTIO, CORNELIO NEPOTE, Q. CVRTIO,
ET
CICERONIS libris de Officiis,
nec non
X ejusdem Orationibus,
pro Archia nempe, Marcello, Ligario,
Dejotaro, e IV. Catilinariis,
pro lege Manilia et pro Milone
in faciliorem imitandi vsum
primum edita:
jam vero
illustrata atque emendata
cura et studio

GEORGII LEOPOLDI PONATI,

Ejusdem Gymn. Senioris.

OSNABRVGI,
Typis G. Kislingii; A. 1731.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862862442/phys_0005
DFG

CICERO
in L.
de claris Oratoribus
ex CAESARE:
VERBORVM DELECTVS
ORIGO EST
ELOQVENTIAE.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862862442/phys_0006
DFG

PERILLVSTRI
ATQVE
GENEROSISSIMO
DOMINO
IOHANNI
FRIDERICO
von dem Busch/
Hereditario Domino
in Hünnefeld
Buddemühlen et Nienburg,

Domino ac Maecenati
summo,

ea qua par est deuotione,
libellum huncce conse-
crare voluit,

G. L. Ponatus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862862442/phys_0007
DFG

PERILLVSTRIS
ATQVE GENEROSISSIME
DOMINE,

DOMINE AC MAECENAS
MAXIME,

EST haec Westphalorum gloria, eaque non sane vltima, quod

quod vti primi vindices libertatis Germanorum aduersus Augustum Caesarem steterunt; ita iidem omnium *primi* elegantiorum studiorum lumine illustrati, caliganti Germaniae lucem reddiderint quam desideratissimam: RVDOLPHO in primis AGRICOLA et RVDOLPHO a LANGEN doctissimo Westphalorum Equite, meliores scholas diuino consilio aperientibus, parique cura id vnum agentibus, vt latinae litterae e tetris, quibus circumfusae erant tenebris, tandem aliquando in lucem reuocarentur.

tur. Huic cum sanguine, tum studiorum artiumque cognatione conjunctus erat, HERMANNVS von dem Busch/ qui A: MCCCC LXXX in Italiam delatus, et a LANGIO principibus viris commendatus, tantos in eloquentia fecit progressus, vt inaudito exemplo IPSE DOCVERIT bonas litteras in compluribus Germaniae Academiis; Philippum Melanthonem adhuc juuenem discendi cupidissimum, ipse senex tam amanter complexus, quam qui amantissime. Docuit ille Louanii, docuit Rostochii, do-

docuit Marpurgi, Heidelbergae et Francofurti, docuit Lipsiae et Witenbergae et alibi, cum poeticae tum oratoriae artis doctor vnus omnium excellentissimus, seculi sui miraculum, *firmumque latinae linguae propugnaculum* ab HAMELMANNO nostro appellatum. Quod si LANGIO primas concedit ALEXANDER HEGIVS ita canens:

Primus Melpomenem qui
rura in Westphala duxit;

nos certe secundas HERMANNO von dem Busch Poetarum sui aeui facile principi, et jure et merito tribuemus.

mus. Sed non capiunt laudes tanti litterarum ſtatoris anguſti libelli hujus limites, quas publice quondam A: MDCCXVII in Gymnaſio, TE, PERILLVSTRIS DOMINE actum noſtrum oratorium honorificentiſſima praeſentia Tua nobilitante, pleniore ore concelebrauimus. Nec noſtris temporibus, quae Dei eſt benignitas, ſilent bonae litterae in Weſtphalia; quippe quae tantum abeſt ab incondita Scholaſticorum, ceterorumque inquinate loquentium barbarie, vt vel politiſſimis Germaniae philo-

philologis atque philosophis palmam praeripiat, aut certe dubiam faciat. Et nos

aliquod nomenque decusque
gessimus; immo

Venimus ad summum fortunae,
pingimus atque
Psallimus, et luctamur Achiuis
doctius unctis.

Quid? quod nec inter illos, qui et antiquitate generis, et gloria majorum omnium maxime florent, non desint alacres et strenui optimarum litterarum assertores atque Maecenates, et sanguine et mente longe nobilissimi. In quibus quum perillustris

domus Tua prae ceteris ex ſplendeſcat

velut inter ignes
luna minores;

ignoſces confido, quod exile hocce pulcherrimarum dicendi formularum corpusculum a B. Patre meo confectum, id quod per XL. jam annos Gymnaſio noſtro fructus attulit quam vberrimos, **PERILLVSTRI NOMINE TVO** illuſtrare atque nobilitare ſuſtineam. Quantus enim belliſſimarum litterarum cultor a teneris fueris, jam dudum cognitum exploratumque habui; quantum ſis prudentiae, continentiae

tiae atque beneficentiae exemplum nouit tota Westphalia, immo norunt regiones, quas peragrasti, et natura et situ longe diuersae; quanto vero feruore, cura ac solertia in omnem politiorum studiorum ambitum progressus sis, perspexetunt illi praecipue, qui insignia ingenii Tui documenta et perspexerunt et suspexerunt. Vel sola illa Disputatio cui solus Vltrajecti praefuisti, luculenter testificatur, Te PERILLVSTRIS DOMINE Praesidem Musarum, et propugnatorem elegantissimarum litterarum esse omnium multo

to optatissimum. Respicies itaque serena fronte et hunce libellum, pro summo Tuo in bellas litteras amore, perillustris virtutis Tuae monumentum aeternitate non indignum; id quod submissa deuotione, vehementer etiam atque etiam rogo,

PERILLVSTRIS DOMINE,

TIBI

deuotissimus,

G. L. Ponatus.

Praefatio ad Lectorem.

EN Tibi jam tandem EXCERPTA B. Patris diu multumque desiderata, & numo vnciam exsuperante vix, ac ne vix quidem comparata. Vides nouam eorum faciem, nouumque habitum tironibus in primis acceptissimum; quippe qui in longiusculis periodorum ambagibus saepe dubii haeserunt, ipsamque loquendi formulam, vel studiosissime quaesitam inuenire non potuerunt. Aliquid etiam nihil adjeci, nouos nempe quos vocant titulos, priscis adscriptos singulis, qui rem interdum angustam insigniter adaugent phrasibus quam amplissimis, vt imitandi cupidae juuentuti vix quidquam

quam minus deesse possit, quam elegantissimarum dicendi formarum multitudo. Habes itaque breue florum corpusculum, idque optatissimum, non autem justum corpus; id quod inhabile foret studiosis nostris, nec satis commode portandum: ne tamen credas velim leuiorem quendam *apparatum* phrasium inaequabili varietate laborantium hoc libro contineri, sed selectam tantummodo copiam, seu EXCERPTA, quae nominis sui decus facile tuebuntur apud aequiores rerum aestimatores omnino omnes. Id quod eo manifestius deprehendent paullo sagaciores, quo accuratius conferent huncce libellum nostrum cum optimis libris aliorum Autorum, qui in colligendis phrasibus omnem curam, studium atque operam collocarunt: quos quidem si maximam spectes partem, tam diligenter recensuit summus ille Polyhistor MORHOFIVS, Tomo II. Polyhist. L. III.

quam

quam qui omnium diligentissime atque cumulatissime. Quod si exigua cuipiam videatur haecce copia, & nimis curta supplex, quam tamen sufficere posse non ignauis bonorum Autorum lectoribus, dudum nos docuit vsus & experientia: eidem facile demonstrauero, *vel vnicam propositionis cujusdam partem*, non centenis, sed *millenis modis*, Excerptorum nostrorum opera *variari*, & cum eleganter, tum grauiter immutari posse. Exemplo jam sit haecce propositio,

BELLVM versatur in Europa,

quam si generatim etiam atque etiam perpenderis, occurrent tibi, sat scio, hi tituli, iique multo locupletissimi, ORIRI, CAVSARI, IMPELLERE, AFFLIGERE, item CAEDES, CLADES, CALAMITAS, FELIX, INFELIX, MISER, PERICVLO COMMITTERE, NOCERE, PERDERE, PERIRE, PVNIRE, VASTARE, TOLLERE, TVTVS, TVMVLTVARI, DEFENDERE, PACIFI-

CVS, BELLARE, &c. Sin speciatim eandem consideret quispiam in Excerptis hisce versatus, nouam huic propositioni facile conciliabit formam, mira varietate distinctam. E. c. 1) Europa armis est referta, v. ABVNDARE, CINGERE, AVGERE, AMPLIFICARE. 2) Europa se ipsam despoliat, v. ADIMERE, PRÆDARI, PRIVARE, 3) Europa saeuit in sua viscera v. ADORIRI, VIM FACERE, VLCISCI, VVLNERARE, INTERFICERE, MORI, CRVDELIS, 4) Europa quaerit socios & fœderatos, v. AMICITIAM FACERE, CONCILIARE, ASSISTERE, AVXILIARI, JVVARE, SOCIVS, FIDELIS, 5) Europa nil nisi bellum meditatur, v. COGITARE, CONSIDERARE, CONSVLTARE, VTI, IMPENDERE, GAVDERE, GLORIARI, GLORIAM QVÆRERE, SVPERBVS, LAVDARE, CVPERE, STVDERE, STVDIOSE AGERE. 6) Europa non declinat arma v. CAVERE, VITARE.

7) Eu-

7) Europa cladibus nobilitatur. v. CELEBRIS, NOMEN IMMORTALE &c. 8) Europa duces quaerit, quos bello praeponat, v. COMMITTERE, COMMENDARE. 9) Europa sibi ipsi est inimica v. CONCORDARE, DISCORDARE, CONSENTIRE, DISSENTIRE, SEPARARE, SVSPICARI, CREDERE & non CREDERE, RESISTERE, TELA JACTARE, INIMICVM ESSE. 10) Europa suis nititur armis v. CONFIDERE, SPERARE. 11) Europa armis sese tuetur, v. CONSERVARE, DEFENDERE. 12) Cura belli angit animum Europae, v. CVRARE, SOLICITVM REDDERE, DOLERE, METVERE, TERRERE, TIMERE. 13) Quis Europaei belli vulnera curabit? v. CORRIGERE, SANARE, &c. 14) Pacis studium fere negligitur in Europa v. ÆSTIMARE & non ÆSTIMARE, NEGLIGERE, VALERE, CONTEMNERE. 15) Europa irae suae potius paret, quam

communi ſaluti, v. OBEDIRE, OBSEQVI, PARERE, PRAEPONERE, IRASCI, ODISSE, AFFECTVS &c. 16) Europa bellare non deſinit, v. CONSTANS, MAGNANIMVS, DESINERE, FINEM FACERE &c. 17) Europa oſtentat fortitudinem ſuam v. FORTIS, EXCELLERE, POTENS, PRÆCIPVVS. 18) Pax Europa exulat, v. EXPELLERE, IN EXILIVM PELLERE, FVGARE, FVGERE, OCCASIONEM &c. TOLERARE. 19) Belli flamma comprehendit Europam, v. ARDERE, INCENDERE &c. 20) Magna belli praemia ſperat Europa, v. EXPECTARE, PRODESSE, PROMOVERE, VINCERE. 21) O Deus eripe Europam praeſentibus belli periculis, v. LIBERARE, RESTITVERE IN INTEGRVM &c. En formulas dicendi numero fere innumeras! Quod ſi cum ſingulis, quos enumeraui titulis, conferas NIZOLIANOS, ex magno

ejus

ejus THESAVRO CICERONIANO, a JACOBO CELLARIO quondam insigniter aucto, colligendos, proh quanta moles grauissimarum phrasium, quanta vis, quantaque copia Tibi erit parata, vt profecto quidnam potissimum verborum eligas, vehementer nescias. Ex his vero luculenter patet, minime opus esse minuta illa atque leuiori variatione per *Synonyma*, *Epitheta*, *Casus*, *& tempora*, quam toties, tamque diligenter commendare solent Rhetores plerique omnes; quippe quae per se exsanguis erit, jejuna & pene frigida, nisi grauioribus atque succi plenioribus verbis optimorum latinitatis Auctorum fuerit exornata. „Quod si eloquen-
„tiae studiosus, vel priorem,
„vel posteriorem cujusuis
„propositionis partem am-
„plificaturus, tantum id agat,

„ vt aptos titulos exquirat,
„ nullo modo ipsi deesse po-
„ terit cum ornata, tum gra-
„ uis atque copiosa oratio:
immo ipsum illud multarum & variarum, quas inuenit, formularum genus, nouum, & ingentem quidem immensumque ipsi aperiet campum, in quo excurrere ejus ingenium, cognoscique poterit quam apertissime. Tam arcte sunt inter se colligatae atque implicitae res omnes, vt habeant commune quoddam vinculum, & quasi cognatione quadam contineantur. Id vnum in animo cujusuis tironis inscriptum vt sit, vehementer velim, VT NE QVID NIMIS, ne formulas formulis temere cumulando ἀκεσίαν quandam prodat infelici indicio, nec tam modum concinna grauitate conspicuum adhibuisse, quam longius euagantem copiam, quae fines prudentiae transeat, inconsiderate effudisse videatur.

Cete-

Ceterum persuadeas Tibi, Beneuole Lector, nouam hancce Excerptorum nostrorum editionem tam diligenter à me perpurgatam & emendatam esse, quam quae maxime atque diligentissime. Vale, & Excerpta mea ex Ciceronianis *epistolis*, quas *familiares* appellant, breui, si sumtus suppeditentur, in lucem proditura, confide.

ABIRE.

ABIRE. Quo *hinc te agis? Terent. Concedam hinc* intro. *Id. Aufer te hinc. Id.* Modo *te hinc amoue. Id.* v. *Ire.* it. *Venire.*

ABSCONDERE. *Delituisse inter* anguſtias ſaltus, ritu ignobilium ferarum, quae, ſtrepitu praetereuntium audito, ſyluarum *latebris ſe occuluerunt. Curt.* Quaeramus locum, in quo haec ſemeſa membra *obruamus*, ubi horribiles cicatrices *celet* exilium. *Id.* v. *Latere.* It. *Celare.* It. *Occultare.*

ABSTINERE. At tu pol *tibi iſtas* poſthac *comprimito manus. Terent.* Nae ille *continebit* poſthac, ſi ſapiet, *manus. Id.* Qui *ab* auro gazaque regia *manus, oculos, animum cohibere* poſſit. *Cicero in Orat. Se* Milo *continuit. Ib. Seque ſuarum rerum finibus continerent. Id. in Officiis.* Cum augere poſſeſſiones poſſet ſuas, *tantum abfuit a cupiditate* pecuniae, *vt* &c. *Nepos in Alc. Ne* auri argentique *ſtudio teneri putes*, adhuc illa diſciplina paupertate magiſtra ſtetit, fatigatis humus cubile eſt, *cibus, quem occupant, ſatiat. Curtius.* Permiſſoque ut regnaret, *non* tamen jus datum *uſurpare ſuſtinuit. Id.* v. *Affectus cohibere.*

ABUNDARE. Loco nobili, & celebri quondam vrbe, & *copioſa* atque eruditiſſimis hominibus liberaliſſimisque ſtudiis *affluente. Cic. in Or.* Armatis militibus *refertum* forum. *Ib. Referto* praedonum mari. *Ibid. Repletisque* omnibus templis. *Ib. Plena* omnia malleolorum. *Ib.* Ea, quae natura deſiderat, *expleta cumulataque habeamus. Id. In Off.* Vita inſidiarum periculorumque *pleniſſima. Ib.* Munditiem *non affluentem* affectabat. *Nep. in Att. Nec quidquam illi minus, quam multitudo* militum *defuit. Curt.* Quibus Europa *inundata* erat. *Id.* Itaque ad

satietatem quoque copia commeatuum *instructus. Id.* v. *Multus.*

ABUTI. Quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad salutem hominum & ad conseruationem datam, *ad* bonorum *pestem perniciemque conuertere*? *Cic. in Off.* Metuere sese, ne victoris indulgentiam *fatigaret. Curt.* v. *Frui. Vti.*

ACCIDERE. Heri semper lenitas verebar *quorsum euaderet. Ter.* Praeter spem *euenit. Id.* Nulla *mihi* res posthac *potest* jam *interuenire* tanta. *Id.* Nec praelium neque *rem* vllam *intercessisse. Id.* Nescio quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris & audaciae maturitas *in* nostri consulatus *tempus erupit. Cic. in Or. Incidunt saepe tempora. Id. in Off.* Objurgationes etiam nonnunquam *incidunt* necessariae. *Ib.* Sin quae necessitas hujus muneris alicui Reip. *obuenerit. Id.* Quod autem in poëmatibus & *in* picturis *vsu venit. Ib. Quicquid fors tulisset. Curt.* v. *Euenire.*

ACCIPERE. v. *Particeps.*

ACCOMMODARE SE. *Facile* omnes *perferre ac pati*, cum quibus erat cunque vna *eis sese dedere*, horum *obsequi studiis*, *aduersus nemini*, *nunquam praeponens se aliis. Ter.* Scisti *vti foro. Id.* Non dico hoc loco majores nostros semper in pace consuetudini, in bello vtilitati *paruisse*; Semper *ad* nouos casus nouorum consiliorum *rationes accommodasse. Cic. in Or.* v. *Tempori inseruire.*

ACCUSARE. Si vim faciet, *in jus ducito* hominem. *Ter.* Hera *in crimen veniet. Id.* Cedo dum, en vnquam injuriarum audisti mihi *scriptam dicam*? *Id.* Si herum *insimulabis* auaritiae, male audies. *Id. Dicam impingam tibi* grandem. *Id. In jus eamus. Id.*

Lege

Lege agito. Id. Nouum *crimen -- ad te* Q. Tubero *detulit -- arguis* fatentem -- *quiddam* noui *facinoris afferret. Cic. in Orat.* Acceptae injuriae *querelam ad quem detuliſtis? Ib.* Principem ciuitatis *in judicium* populi *vocauiſſet -- quam acute collecta crimina. Ib. Diem mihi*, credo, *dixerat*, mulctam irrogarat, *actionem* perduellionis *intenderat. Ib.* Quae poſtea *ſunt in eum congeſta. Ib. Falſo iſta conferri in* Milonem. *Ib.* Non timeo, judices, ne, odio inimicitiarum mearum inflammatus, *libentius haec in illum enomere videar, quam verius. Ib.* Ne quem vnquam innocentem *in judicium* capitis *arceſſas. Id. in Off. Adducta res in judicium eſt. Id.* Ciuem -- *in inuidiam falſo crimine adduxerit. Id. Hoc crimine* in concione *ab* inimicis *compellabatur. Nep. Reum fecerunt. Ib.* Ob eam rem *in crimina vocabantur. Id.* Quae aduerſarii *crimini dabant. Id.* Philotam *inquinare* innoxios velle ſuſpicabantur. *Curt. Reus* in ſecreto *agebatur. Id.* v. *Reus.*

ACQVIRERE. Ibi ſimul rem & gloriam armis belli *repperi. Ter.* Me quidem ſcio ſemper feciſſe ſedulo, vt ex illius commodo meum *compararem* commodum. *Id.* Inueniendus eſt aliquis, labore *inuenta* meo cuidem *bona. Id* Conſerua, *quaere*, parce, *fac quam plurimum illis relinquas.* Gloriam tu iſtam *obtine. Id.* v. *Inuenire.* It. *Lucrari. Particeps &c.*

ADDERE. Nunc cum *ad* caeteras ſummas vtilitates haec quoque opportunitas *adjungatur. Cic. in Orat.* Ditioni ejus *adjecit* regionem. *Curt. Applicuerat* Phrygas. *Id. Aggregati* ſuorum equitibus. *Id. Acceſſere ad hanc* pecuniae ſummam. *Id.* v. *Augere.*

ADHORTARI. v. *Hortari.*

ADIMERE. Ipſam *deſpoliare* non licet. *Terent.*

Ne illum talem *praeripiat* tibi. *Id.* Crucior bolum tantum *mihi ereptum* tam subito *e faucibus* *Id.* Vt quantum mea fides studii mihi afferat ad salutem Regis Dejotari defendendam, tantum facultatis timor *detrahat*. *Cic. in Or.* Suam citius abjiciet humanitatem, quam *extorquebit* tuam. *Ib.* Vos tanta laudis occasione *priuauerit*. *Id.* Ei ferrum *de manibus extorsimus*. *Ib.* Quam ex suis faucibus *ereptam* esse luget. *Ib.* Vna excursio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal *auferre* possit. *Ib. Spoliatum* regno patris, -- quas -- ex tota Asia *direptas*, in suum regnum congesserat. *Ib.* Ad excitandos socios *diripiendasque* prouincias. *Ib. Extorta* est confitenti sica de manibus. *Ib. Bonis expulsi*. *Ib.* Si tibi ita penitus insedisset ista suspicio, nullo vt *euelli* modo posset. *Ib. Pellere* possessionibus. *Ib.* Absentem *de* possessione fundi *dejecit*. *Ib.* Multos sedibus ac fortunis *ejecerat*. *Ib.* Si *in suam rem aliena conuertant*. *Id. in Off. Orbati* Reip. muneribus. *Ib.* Vt possessores suis sedibus *pellantur* *Ib.* Natura non patitur, vt *aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus*. *Ib.* Nunquam committet, vt alienum appetat, & *id, quod alteri detraxerit, sibi assumat*. *Ib.* Quam si *ad se* quisque *rapiat*, dissoluetur omnis humana consociatio. *Ib.* Suum cuique incommodum ferendum est potius, quam *de alterius commodis subtrahendum*. *Ib.* Alteri *surripere*, jus non est. *Ib.* Nihil cuiquam, *quod in se transferat, detrahat*. *Ib. Detrahere* alteri, sui commodi causa, magis est contra naturam, quam mors. *Ib.* Si proximi membri valetudinem *ad se traduxisset*. *Ib.* Si vnusquisque nostrum *rapiat ad se commoda aliorum detrahatque quae cuiq; possit*, emolumenti sui gratia, societas hominum & com-

communitas euertatur necesse est. *Ib.* Gladius ei erat *subductus*. *Nep.* Victoriam *eripi sibi è manibus*. *Curt.* Impedimentis *exutos*. *Id.* Materiam consternationis *subtrahendam* ratus. *Id.* Gladium e manibus *extorquent*. *Id.* Pudorem victis & superbiam victoribus *detrahi* posse. *Id.* Quam gloriam tu, parricida, *intercipere* voluisti. *Id.* Communi gentium jure *fraudari*. *Id.* Quibus *stem* gratiae cito *abrumpere*. *Id.* v. *Prinare*.

ADITUM FACERE, v. *Occasionem dare, Viam facere*.

ADMINISTRARE. Haec omnia, Quirites, ita sunt a me *administrata*, vt Deorum immortalium nutu atque consilio *& gesta & prouisa* esse videantur. *Cic. in Or.* Quid tam nouum, quam adolescentulum privatum exercitum difficili Reip. tempore conficere? confecit: huic praeesse? praefuit: *rem optime* ductu suo *gerere*? gessit. *Ib.* Totam vt petitionem ipse solus etiam inuitis illis *gubernaret*, tota vt comitia suis, vt dictabat, *humeris sustineret*. *Ib.* v. *Officiosus*.

ADMIRARI. v *Mirari*. 187.

ADMITTERE, NON ADMITTERE. Quia vero *hae mihi patent fores*, aut quia *apud te sum primus*. *Ter.* Misera prae amore *exclusisti hunc foras*. *Id.* *Ejectos hinc* nos. *Id.* Qui mihi nunc *uno digitulo fores aperis* fortunatus, nae tu istas faxo *calcibus saepe insultabis frustra*. *Id.* Miles *pellitur foras*. *Id.* *Me in vestrum gregem recipiatis*. *Id.* Ea, quae deprauari nullo modo possunt, *repudiare*. *Cic. in Or.* Hic *rejicitur*. *Ib.* Legibus constitutum *de nostra* ciuitate *ejiciemus*? *Ib.* *Prohibiti estis* in prouincia vestra *pedem ponere* -- *Excluſi* prouincia. *Ibid.* Eos -- *a suis* & Reip. *consiliis remouisset*. *Ib.* *Non recipit istam conjunctionem* ho-

 nestas,

nestas, *aspernatur, repellit. Id. in Off.* Male etiam, qui peregrinos vrbibus *vti prohibent eosque exterminant. Ibid.* v. *Expellere.*

ADOLESCENS. Postquam *excessit ex ephebis. Ter.* Anni sedecim, *flos ipse. Id. Ætate integra. Id. Ex pueris excessit. Cic.* Homini *peradolescenti, cujus* à senatorio gradu *aetas longe abesset. Id.* v. *Juuenis.*

ADORIRI. Quam mox *irruimus*? *Ter. In* exercitum vestrum clarum atque victorem *impetum fecit. Cic. in Orat.* Quod si *omnes impetus* domesticorum hostium depulsi à vobis se *in me vnum conuerterint. Ib.* Qui injuste *impetum in quempiam facit*, aut ira aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi *manus violenter* videtur *afferre* socio. *Id. in Off. Signa inferre. Nep.* Satius statuit *congredi. Id.* Cum aduersarios *premerent acrius. Id.* Ne occultus hostis in subeuntes *erumperet. Curt.* Persarum equites *ferociter in* laeuum cornu hostium *inuecti sunt. Id. Acri impetu in* hostem *inuehi. Id. Ruunt in* hostem, haud inulte tamen perituri. *Id.* Recedentibus *inferunt signa*, cunctationem hostium fore suam occasionem rati. *Id.* Modo *recta fronte concurrere* hosti, interdum haesitare, an potius in laeuum torqueret agmen. *Id.* Ante se falcatos currus habebat, quos signo dato vniuersos *in* hostem *effundit. Ruebant laxatis habenis* aurigae. *Id. Ferociter in* hostem *quasi vbique profligatum incurrunt. Id.* Cum omni suorum equitatu *vehementer inuectus vrgebat* Macedonum alas. *Id. Subditis calcaribus proruere in* hostem. *Id. Turmas in* obuios *concitauerunt. Id.* Densatis ordinibus *effusi* fluentem *in se* aciem *excepere. Id.* Angustiae loci, in quo haeserant, non patiebantur *totis congredi viribus. Id. Inuaserat ordines* hostium, cum Cœnus *ingenti vi in*

vi in laeuum cornu *inuehitur*. Phalanx quoque *in* mediam Indorum aciem *vno impetu prorupit*. *id*. Nec cuiquam deinde *propius inceſſendi eum* animus fuit. *id*. v. *Impetum facere*. It. *Vim facere*. It. *Perſequi*.

ADVERSARI. Inſcitia eſt *aduerſum ſtimulum calces*. *Ter*. Itane es paratus *facere* me *aduerſum* omnia? *idem*. v. *Inimicum eſſe*. *Malitioſus*. *Reſiſtere*.

ADULARI. *His vltro arrideo*, *& eorum ingenia admiror ſimul*: *Quicquid dicunt*, *laudo*: *id rurſum ſi negant*, *laudo id quoque*; *negat quis*, *nego*; *ait*, *ajo*: poſtremo imperaui egomet mihi *omnia aſſentari*. *Ter*. Adeone te eſſe incogitantem atque impudentem, Phaedria, vt *phaleratis dictis ducas me*. *id*. v. *Blandiri*.

ADVOCATUS. Te *ſuam* rogauit rurſum vt *ageres cauſam*, vt *pro ſe diceres*. *Ter*. *Dico pro capite fortunisque* Regis. *Cic*. *in Orat*. *Meus labor in* priuatorum *periculis caſte integreque verſatus* ex veſtro judicio fructum eſt ampliſſimum conſecutus. *ib*. In confeſſione facti, *juris* tamen *defenſionem ſuſcipi* poſſe. *ib*. v. *Defendere*. *Patronus &c*.

ÆDIFICARE. *Parietem* ſic per veſtibulum ſororis inſtituit *ducere*, ſic *agere fundamenta*. *Cic*. v. *Deſtruere*.

ÆGROTARE. Si forte *morbus amplior factus ſit*. *Ter*. *Morbus qui auctus ſit*. *id*. Male metuo ne Philumenae *magis morbus aggraueſcat*: quod te Æſculapi, & te, Salus, ne quid ſit hujus oro. *id*. Alio ſuſpicans *morbo* me viſurum *affectam*, ac ſenſi eſſe. *id*. Vt ſaepe homines aegri *morbo graui* cum aeſtu febrique *jactantur*, ſi aquam gelidam biberint, primo *releuari* videntur, deinde *multo grauius vehementius*-

que afflictantur, sic hic morbus, qui est in Rep. relevatus istius poena, *vehementius* viuis reliquis *ingravescat*. *Cic. in Orat.* Annis aliquot post *inciderit in* eundem *morbum*. *id. In morbum implicitus*. *Nep. In morbum incidit* Dionysius, *quo cum grauiter conflictaretur*. *id. Graui morbo afficitur* oculorum. *id. Qua valetudine* cum etiam tum *premeretur*. *id. Nactus est morbum* — subito *tanta vis morbi in* vnum intestinum *prorupit*. *id. Lenta remedia* & segnes medicos *non expetunt tempora mea*. *Curt. Infirmitatem valetudinis tuae video*, & quantum in vno te sit scio, *vereor ne non praesenti fortunae tuae sufficere possis*. *id.* Quoties regi *aduersa valetudo incidisset*. *id.* v. *Conualescere*. it. *Morbus*.

ÆMULARI Qui *vobis ita* summa ordinis consiliique *concedunt, vt vobiscum de* amore Reip. *certent*. *Cic.* Itaque cum eo *de principatu contendit*. *Nep. Ingens* militum *certamen inter ipsos fuerat*. *Curt.* v. *Imitari*.

ÆQUUS. Si nunc *de tuo iure concessisses paululum*. *Ter*, v. *Iustum esse*.

ÆSTIMARE, NON ÆSTIMARE. Merito te semper *maximi feci*. *Ter.* Si nunquam *auare pretium statui arti meae*. *id.* Tu illum nunquam ostendisti *quanti penderes*. *id* Ego quoque à meis me *amari & magni pendi* postulo. Si id fit dando atque obsequendo, *non posteriores feram*. *id.* Hominem *maximi pretii esse* te hodie iudicaui animo meo. *id.* Meam herus esse operam *deputat parui pretii*. *id.* Sit igitur, judices, *sanctum apud vos* humaniſſimos homines hoc poëtae *nomen, quod nulla vnquam barbaria violauit Cic. in Orat.* Mario qui *durior ad haec studia* videbatur, *iucundus fuit*. *id.* Neque enim quis-

quisquam est tam *auersus* à Musis. *id.* In qua vrbe imperatores prope armati Poëtarum *nomen* & Musarum delubra *coluerunt*, in ea non debent togati judices à Musarum *honore* & Poëtarum salute *abhorrere. id.* Te *autoritatem hujus* ordinis dignitatemque Reip. tuis vel doloribus vel suspicionibus *anteferre. id. Tantus est splendor in* laude vera, *tanta* in magnitudine animi *dignitas. id.* Quique illum ordinem ab adolescentia *grauissimum sanctissimumque duxisset id.* Imperatorem *aliquo in numero putare. id.* Illud honestum — *nos mouet. id. Æstimantur* purgamenta aestuantis freti *pretio, quod libido constituit. Curt.* v. *Contemnere, Amare, Honorare.*

AFFECTUS COHIBERE ET REGERE. It. AFFECTIBUS OBSEQVI. *Deteriores* omnes *sumus licentia. Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id putabit prauumne an rectum. Ter.* Mitte: sine me in hac re *gerere mihi morem. id.* Pueri inter sese quam *pro leuibus noxiis iras gerunt* Itidem illae mulieres sunt ferme, vt pueri, *leui sententia. id. Dolori suo* maluit, quam auctoritati vestrae *obtemperare. Cic. Animum vincere*, iracundiam *cohibere*, victoriam *temperare. id. Te ipsum vicisti. id. Qui appetitus longius euagantur & tanquam exultantes*, siue cupiendo, siue fugiendo, *non satis ratione retinentur*, hi sine dubio *finem & modum transeunt. Id. in Off* Appetitus omnes *contrahendos sedandosque. ib.* Appetitum *rationi obedientem praebeamus. ib.* In omni vita rectissime praecipitur, vt *perturbationes fugiamus*, id est *motus animi nimios, rationi non obtemperantes. ib.* Appetitus *rationi pareat*, quo nihil est ad officia conseruanda accommodatius. *ib. Cohibere motus animi turbatos*, quos Graeci πάθη nominant;

nant; *appetitiones*, quas illi ὁρμὰς, *obedientes efficere rationi*. *ib. Viciſſet* profecto ſuperbiam atque *iram*, *mala inuicta*. *Curt.* v. *Cupiditatibus obſequi*. it. *Modum ſeruare*.

AFFICI ANIMO. *Percuſſit* illico *animum*. *Ter.* Beſtiae ſaepe immanes cantu *flectuntur* atque conſiſtunt: Nos inſtituti rebus optimis non poëtarum voce *moueamur*? *Cic. in Orat.* Hac ſuſpicione *ſum perculſus*. *ib.* Dicendo miſericordiam tuam *commouere*. *ib* Qui aut libidine aliqua aut *metu commoti* ſunt, aut *voluptate nimia geſtiunt*. *id. in Off.* v. *Moueri animo*.

AFFLIGERE. Quae nos noſtramque adoleſcentiam *habent deſpicatam*, & quae nos ſemper *omnibus exercent modis*. *Ter.* Ne hoc *gaudium contaminet* vita *aegritudine* aliqua. *id.* Cum ſeruili bello tetro periculoſoque *premeretur*. *Cic. in Orat.* *Quantas calamitates*, quocunque ventum ſit, noſtri exercitus *ferant*, quis ignorat? *ib.* Cum ſtatuiſſet *omni ſcelere* in praetura *vexare* Remp. *ib.* Quo *minus multa patent in eorum vita, quae fortuna feriat*. *id. in Off.* Si *quid aduerſi eueniat*, tam *grauiter cadere* non poſſunt. *ib.* Nulla tam deteſtabilis *peſtis* eſt, quae non *homini* ab homine *naſcatur*. *ib.* Vt ei ſubueniatur, qui potentis alicujus opibus *circumueniri vrgerique* videatur. *ib. Male rem gerere* Darium *premique* a Scythis. *Nep.* Vt non minus illa ratione opes eorum *concuſſerit*, quam Leuctrica pugna. *id.* v. *Calamitas*. it. *Dolere*.

AGERE. *Res compoſita eſt*. *Ter.* Quaſi *re bene geſta*. *id.* Satis diu *hoc jam ſaxum voluo*. *id.* Major enim pars *eo* fere *deferri* ſolet, *quo* a natura ipſa *deducitur*. *Cic. in Off.* Haec igitur non *ſuſcipiet* quisquam

quam Reip. causa. *ib.* Cognitionem *prudentiamque sequitur considerata actio.* Ita fit vt *agere considerate* pluris sit, quam cogitare prudenter. *ib.* Plurimum referre, quales viri tam memorabili *operi admoturi manus* essent. *Curt.* Et *digna prorsus spectaculo edidit. id.* v. *Administrare.* it. *Studiose agere.*

AGGEREM FACERE. Vix leni & tranquillo mari *moles agi* possunt. *Curt.* Ante *jacienda moles erat,* quae vrbem continenti committeret. *id.* Jamque *a fundo maris in altitudinem* montis *opus excreuerat,* nondum tamen aquae fastigium aequabat, & quo longius *moles agebatur* a littore, hoc magis, quicquid *ingerebatur,* praealtum absorbebat mare. *id. Totus arbores cum ingentibus ramis in altum jaciebant, deinde saxis onerabant. Rursus cumulo eorum alias arbores injiciebant. Tum humus aggerebatur, super quae alia strue saxorum arborumque cumulata velut quodam nexu continens opus junxerant. id. Aggerem,* quo moenium altitudinem aequaret, *extruit. id. Aggerare* alias *arbores* jubet, & igni dare alimenta: celeriterque *stipitibus cumulatis* fastigium montis aequatum est. *id.* Alii extra vrbem tecta demoliebantur, ingentemque vim materiae *faciendo aggeri* detrahebant. *id. Moles* saxorum *in* cauernas *dejiciebant,* jamque *agger aequauerat summae fastigium terrae. id.* v. *Destruere.*

AGGREDI. v. ADORIRI. It. INVADERE.

AGRICOLA. Cui in opere vita erat, *ruri fere se continebat,* ibi *agrum* de nostro patre *colendum habebat. Ter.* Omnium autem rerum, ex quibus aliquid exquiritur, *nihil est agricultura melius, nil dulcius, nil* libero homine *dignius. Cic. in Off.* v. *Laborare.* it. *Rusticus.*

ALA-

ALACRIS. *Nunquam infractos & abjectos recessisse*, quoties ipsius *alacritatem & tanti animi spiritus haurire* potuissent. *Curt.* *Strenuus homo & nunquam cessans. id.* Grauis quidem aetate, sed *animi* & corporis *robore nulli iuuenum postferendus. id.* Quo propius admouebatur, *crescebat ardor animorum. id.* v. *Animosus.* it. *Magnanimus.*

ALIENARE. Ioniam *a* societate *auerterunt* Athenienſium. *Nep.* Subest nimirum altius malum, quod *omnes auertit a me. Curt.* v. *Inimicum — facere.*

ALIENVS. *Sejunctum a re proposita est. Nep.* v. *Pertinere ad aliquid.*

ALLICERE. Facillime patris pacem *in leges conficiet suas. Ter.* Nescis *inescare* homines. *id.* Is senem per epistolam *pellexit, modo non montes auri polliceus. id.* Seruum *solicitare* verbis, spe, praemiis *corrumpere*, abducere domum. *Cic. in Orat.* *Solicitantur* Allobroges, seruitia *excitantur. ib* Adolescentulum quinque talentis *ad suam perduxit voluntatem. Nep.* Omnium *partes corripere atque amplecti. id.* Puluere & sudore simul perfusum Regem *inuitauit* liquor fluminis. *Curt.* *Promissis aures* militum *imbuere. id.* Hinc spe, hinc metu militares *animos versante. id.* Publicas vires *ad se* quemque *tracturum. id.* v. *Amicitiam facere.*

ALTVS. Turrim *& situ & opere multum editam. Curt.* Darius curru *sublimis eminebat. id.* v. *Magnus.*

AMARE, NON AMARE. *Te in germani fratris dilexi loco*, siue haec *te* solum *semper fecit maximi. Ter.* *In alio occupato amore. id.* *Amore ardeo*, & pru-

prudens, sciens, viuus vidensque pereo. *id.* Accede ad ignem hunc, jam *calesces plus satis. id.* Vtinam esset *mihi pars aequa amoris tecum. id. Ad* virginem *animum adjecit. id. Neque meo cordi esse quemquam chariorem* hoc Phaedria. *id.* Hic vero est qui si amare occeperit, ludum jocumque dices fuisse illum alterum, prout *hujus rabies quae dabit id.* Elegans formarum spectator *in hanc commotus sum. id.* Verbum hercle hoc verum est, sine Cerere & Libero *friget Venus. id.* Ejus filiam ille *amare* cœpit *perdite*, prope jam vt pro vxore haberet. *id.* Ego istuc aetatis non *amori operam dabam. id.* Forma impulsi nostra *nos* amatores *colunt*, haec vbi immutata est, illi suum *animum alio conferunt. id. Hi se ad vos applicant*, hoc beneficio *vtrique ab vtrisque vere deuincimini*, vt nunquam vlla *amori vestro incidere possit calamitas. id.* Vah quemquamne hominem in animum instituere aut parare, quod *sit carius, quam ipse est sibi? Id.* Ctesipho *in amore est totus. id. Magis te quam oculos nunc amo meos. id.* Hic non amandus? hiccine non *gestandus in sinu est? id Tuus* hercle vero & *animo* & natura *pater, qui te plus quam oculos hosce. id.* Paulatim *elapsus est* Bacchidi atque *huc transtulit amorem*, postquam par ingenium nactus est. *id. Habebam alibi animum amori deditum. id.* Si vnquam *erga te animo esse amico* sensisti eam. *id. Amor grauiter consuetudoque ejus tenet. id. Vterque vtrique est cordi. id. Te quisque sibi expetit. id.* Quod autem *summae benevolentiae* est, quae mea *erga illum omnibus semper nota fuit, vt vix* C. Marcello optimo & amantissimo *fratri, praeter eum quidem cederem nemini. Cic. in Orat. De ejus delectu*, imo vero *de complexu ejus ac sinu. id. Neminem vnquam*

quam hominem homini cariorem fuisse, quam se tibi. *ibid.* Quod -- ad opes & potentiam valet plurimum, *id amplectamur. id. in Off. Vehementer* autem *amor* multitudinis *commouetur* ipsa fama & opinione liberalitatis. *ib.* Alumnum *eximia charitate diligebat. Curt. In paucis* Alexandro *charus. id.* Omni namque honore eam & *filii* quoque *pietate prosequebatur. id.* Nemo *fideliter diligit*, quem fastidit. *id.* Exoleti *amore flagrabat, obsequio* uni sibi dediti corporis *victus. id. Captus* Dymni *amore. id. Nulli* Macedonum *in* Regem *charitate cesserunt. id.* Vxoris *immodico amore flagrabat. id. Penitus haerens amor* fastidio praelentium *accensus est. id. In amorem* virgunculae, si Regiae stirpi comparetur, ignobilis, *effusus est. id.* Quoties *amorem* Regis *in se accenderat. id.* v. *Allicere.* it. *Odisse.*

Ambitiosus. Est genus hominum, *qui esse se primos omnium rerum volunt, nec sunt. Ter.* Cum neque in honore vestro, neque *in gloria virtutis quicquam videam altius, quo quidem mihi libeat ascendere. Cic in Orat.* Vt quisque animi magnitudine maxime excellit, ita *maxime vult princeps omnium esse, vel potius solus esse. id. in Off.* Facillime autem ad res injustas impellitur, vt quisque est *altissimo animo & gloriae cupido ib.* Qua victoria plurima miscere coepit & *majora concupiscere. Nep. in Paus. Cœlum vanis cogitationibus peti. Curt.* Meis praepotens viribus *majora, quam capit, sperat. id. Fallitur, qui terminos gloriae nostrae metitur spatio, quod transituri sumus. id. Insatiabilis cupido famae nihil inuium, nihil remotum videri sinebat. id. Animo infinita complexus. id. Diis aequare se & cœlestes honores accersere.*

cerſere. id. Si vnquam *aduerſus immodicas cupiditates terminus ſtaret. id.* v. *Gloriam quaerere.*

AMICITIAM FACERE, AMICUM ESSE. Cupio aliquos *parare amicos* beneficio meo. *Ter.* Nunc dehinc, ſpero, *aeternam inter nos gratiam fore*, Thais: Saepe *ex* hujusmodi re quapiam & ex malo principio *magna familiaritas conflata eſt. id.* Vna nos *ſibi* opera *amicos junget. id. Amicitiam*, quae *incepta a paruis cum aetate accreuit ſimul. id. Satis*, Simo, *ſpectata erga te amicitia eſt mea. id.* Tute ſcis quam *intimum habeam te*, & *mea conſilia vt tibi credam omnia. id. Mihi magna eum eo jam inde vſque a pueris ſemper fuit familiaritas. id. Is* noſtro Simulo *fuit ſummus & nos coluit maxime. id.* Dum *intercedet familiaritas. id.* Veſtrae familiae hercle *amicus* & tuo *ſummus* Phaedriae. *id.* Cum hominibus noſtris *conſuetudines, amicitias rationesque jungebat. Cic. in Orat.* Totam Hortenſiorum domum *deuinctam conſuetudine cum teneret. ib.* Hominem *mihi conjunctum fideliſſima gratia. ib.* Quorum *mihi amicitiam* Reſp. *conciliauit*, hoſpitium *voluntas vtriuſque conjunxit*, *familiaritatem* conſuetudo *attulit*, *ſummam vero neceſſitudinem magna ejus officia in me* & in exercitum meum *effecerunt. ib.* Non enim *mea gratia familiaritatibus continetur*, quae *late patere* non poſſunt. *ib.* Multaeque *cum* multis *res rationesque contractae. Arctior* vero *colligatio eſt* ſocietas propinquorum: ab illa enim immenſa ſocietate humani generis *in exiguum anguſtumque concluditur. id. in Off.* Communem totius generis hominum *conciliationem* & conſociationem *colere*, *tueri*, *ſervare* debemus. *ib. Sanguinis* autem *conjunctio* & beneuolentia *deuincit caritate homines. ib.* Omnium ſocietatum nulla prae-

praestantior est, nulla firmior, quam cum viri boni moribus similes sunt *familiaritate conjuncti. id.* Quae mutua & grata dum sunt, inter quos ea sunt, *firma deuinciuntur societate. ib.* Ea jucundissima *amicitia*, quam similitudo morum *conjugauit. ibid.* Proprium hoc statuo esse virtutis *conciliare sibi animos hominum, & ad vsus suos adjungere. ib.* Admiratus eorum fidem Tyrannus, petiuit, vt se *in amicitiam* tertium *adscriberent. ib. In intimam alicujus amicitiam peruenire. Nep. Ad amicitiam aliquem adjungere. Amicitiam cum aliquo parere. Ad amicitiam alicuius accedere. Adjungere sibi aliquem. id.* Quos *consuetudine sua sic sibi deuinxit. id.* Quae *conjunctio necessitudinem* eorum *sanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem. ib.* Sic absens *amicitiam gerebat*, vt non *beneficiis mutuis*, sed odio communi, quod erga Regem susceperant, *contineri* viderentur. *id.* Cum Ciceronis *intima familiaritate vteretur, amicissimus* erat Bruto. *id. Cum eo adeo conjuncte vixit*, vt ad extremam aetatem *amicitia eorum creuerit. id. Cum quo* a condiscipulatu *viuebat conjunctissime. id. In paucis charus. Curt. Recepit in cohortem amicorum*, omni *vetustae charitatis honore seruato. id.* Quo *propiore gradu amicitiae me contingis*, hoc majus est dissimulationis tuae facinus. *id.* Parmenioni *intima familiaritate conjunctum. id.* Si cum fide *amicitiam ipsius coluisset. id.* v. *Allicere* it. *Conciliare.*

AMITTERE. Herus, quantum audio, vxore *excidit. Ter.* Miser, quod habui, *perdidi*, hem quo redactus sum. *id.* Fontem perennem gloriae suae *perdidit. Cic. in Orat.* Si in mari *jactura facienda sit. id. in Off.* Cito gloria *obsolescit* in sordidis hostibus.

ſtibus. *Curt.* Iterum *excidiſſe* regnō. *id.* Nolite, quod pigri agricolae faciunt, maturos fructus *per inertiam amittere è manibus. id.* v. *Perdere.*

AMPLIFICARE. Duos ciues extitiſſe, quorum alter *finem* veſtri *imperii non terrae, ſed cœli regionibus terminaret*: alter ejuſdem imperii domicilium ſedemque ſeruaret. *Cic. in Orat. Latius opinione diſſeminatum eſt* hoc malum, *manauit* non ſolum *per* Italiam, verum etiam *tranſcendit* Alpes, & obſcure *ſerpens* multas jam prouincias *occupauit. ibid.* Cogitate, quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute ſtabilitam libertatem, quanta Deorum benignitate *auctas exaggeratasque* fortunas vna nox pene deleuerit. *ib.* Imperium Lacedaemoniorum *dilatatum* putatur. *id. in Off. Fines* imperii *propagauit. Nep.* v. *Augere*, *Magnus.*

ANIMADVERTERE. Vt ne *paululum* quidem *ſuboleat*, amicam eſſe hanc Cliniae. *Ter.* v. *Apparere.* it. *Intelligere.*

ANGUSTUS, IN ANGUSTIAS REDIGERE. *In anguſtum oppido nunc meae coguntur copiae. Ter. In illas anguſtias* temere *conjectus* exercitus erat. *Curt.* Inter haec maria anguſtiſſimum Aſiae ſpatium eſſe comperimus, vtroq; *in arctiſſimas fauces compellente* terram. *id. Anguſtiae multitudinem non caperent. id.* Structura latior ab imo paulatim incremento operis *in arctius cogitur. id.* Fauces regionis, qua *in arctiſſimam cogitur. id.* v. *Coercere.*

ANIMOSUS. *Eſt* etiam *in nobis is animus*, Quirites, vt non modo *nullius audaciae cedamus*, ſed etiam omnes improbos *vltro ſemper laceſſamus. Cic. in Orat.* Quae manus *mirabili flagrabat pugnandi*

cupiditate. *Nep.* Armis & robore corporis multum ſuper caeteros *eminens*, *animo* vero & pietate *in pauciſſimis.* *Curt.* *Animus creuit* obſeſſis. *id.* Haud parua dictu res Tyriorum *fiduciam accendit.* *id.* Haec ipſa inſectatio *alacritatem* militum *accendit.* *id.* Ite *alacres & ſpe pleni.* *id.* *Bonum habere animum* jubet. *id.* v. *Alacris.* it. *Audax, Fortis.*

ANNUMERARE. *In his* poëta *nomen ſuum profitetur.* *Ter.* Quos ego vtrosque Quirites, *in eodem genere* praedonum direptorumq; *pono.* *Cic. in Or.* Vt omnes -- *in* hoſtium *numero ducerentur.* *ib.* Pirata non eſt *ex* perduellium *numero definitus*, ſed communis hoſtis omnium. *in Off.* v. *Pertinere ad aliquid.*

ANTEPONERE. v. *Praeponere.*

APPARERE. Vide quanta *lux* liberalitatis & ſapientiae tuae mihi apud te dicenti *oboriatur.* *Cic. in Orat.* *Res* enim *eo ſpectat*, vt ea pœna, in qua adhuc Q. Ligarius ſit, non videamini eſſe contenti. *ib.* *Ex quo magis emergit*, quale ſit decorum illud. *id. in Off.* In ipſo joco *aliquod* probi ingenii *lumen eluceat.* *ib.* Cum igitur *aliqua ſpecies* vtilitatis *objecta eſt*, nos commoueri neceſſe eſt, ſed ſi, cum animum attenderis, turpitudinem videas adjunctam ei rei, quae *ſpeciem* vtilitatis *attulerit.* *ib.* Sin autem *ſpeciem* vtilitatis etiam voluptas *habere* dicatur. *ib.* *Majorem* quam pro numero *ſpeciem gerens.* *Curt.* Cetrae maximae *ſpeciem reddentibus.* *id.* Arma & acies *in oculis erant.* *id.* Aliorum ſtudium, aliorum indignatio *eminebat.* *id.* Vt *aperuere ſe* campi. *id* *Vultus tuus* neſcio quod ingens malum *praefert.* *id.* v. *Manifeſtus.* *Significare.* *Videtur.*

APPELLARE. Studioſe exquirunt, vnde *verba ſint*

sint ducta. Cic. in Off. *Id nomen durius jam effecit* vetustas: a peregrino enim *recessit*, & proprie *in eo*, qui contra ferret arma, *remansit. ib.* Haec tot & alia plura nonne inutile est vitiorum *subire nomina*? *ib.* v. *Nominare.*

APPLICARE. Quae conuenere, in Andriam ex Perinthia fatetur *transtulisse*, atque *vsum pro suis. Ter.* Quod ab Ennio positum in vna re *transferri in multas* potest. *Cic in Off.* v. *Vti.*

APTUS. v. *Idoneus.*

ARCERE. Fortes igitur & magnanimi sunt habendi, non qui faciunt, sed qui *propulsant injuriam. Cic in Off.* Tecta vero, quibus & frigorum *vis pelleretur*, & calorum molestia sedaretur. *id.* Eos denique, si quid importetur nobis incommodi, *propulsemus id.* Cum *procul* è muris missilibus *submoueretur. Curt.* v. *Defendere.*

ARDERE. Nauis *igne concepto latius fundere incendium* cœpit, quod, priusquam posset occurri, turres & caetera opera -- *comprehendit. Curt.* Et jam summa tabulata *conceperant ignem. id.* Parua saepe scintilla contempta *magnum excitauit incendium. id.* v. *Incendere.*

ARMARE, ARMATUS. *Fore in armis. Cic. in Orat. Esse cum telo. ib. Cum gladiis* toto foro *volitarunt. ib. Ferro cingi. Curt. Qui in armis erant. id.* v. *Bellare.*

ARROGARE, ARROGANS. Labore alieno magno partam *gloriam* verbis saepe *in se transmouet. Ter. Huius gloriae*, C. Caesar, quam es paulo ante adeptus, *socium habes neminem, totum hoc quantumcunque est*, quod certe maximum est, *totum est*, in-

quam, tuum. Nihil sibi ex ista laude centurio -- *decerpit*; Quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna *in istius se societatem gloriae non offert, tibi cedit, tuam esse totam & propriam fatetur. Cic. in Orat. Ejusmodi res obstrepi* clamore militum videntur & tubarum sono. *ib.* Quibus ego si me restitisse dicam, *nimium mihi sumam & non sim ferendus. ib.* Cuncta ciuitas *eam laudem pro sua vendicaret. ib.* v. *Ambitiosus, Superbus.* it. *Tribuere.*

ASPICERE. Si non tangendi *copia est*, eho ne *videndi* quidem erit? Si, illud non liceret, saltem hoc licebit, certe *extrema linea amare* haud nihil est. *Ter.* Caue nunc jam *oculos à meis oculis* quoquam *dimoueas* tuos. *id.* Restabat aliud nihil nisi *oculos pascere. id. Retorquet oculos* profecto saepe *ad* hanc vrbem. *Cic. in Orat.* Video *in me omnium vestrum ora atque oculos esse conuersos. ib.* Praetorem, Sophocle, decet, non solum manus, sed etiam *oculos abstinentes habuisse. id. in Off. In hunc oculi omnium conjiciuntur. ib.* Nec à vultu legentis *amouit oculos. Curt.* Terram *oculis requirebant. id. Liber prospectus oculorum*, etiam quae procul recessere, *permittitur. id.* Vniuersa futuri discriminis facies *in oculis erat. id.* Terribiles *occursuras* facies. *id. Ad* circumstantium agmina *oculos* manusque *circumferens. id.* Ex qua signum *eminebat* pariter *omnibus conspicuum. id.* Auditune an *oculis comperta haberet*, quae diceret. *id. Prospectum ademerat* pulueris nubes. *id.* Vt primum Rex *in conspectu fuit. id.* Habitum ejus haudquaquam rerum famae parem *oculis perlustrans. id.* Cum Philotas *circumlatis oculis incideret in* Calin. *id.* Jussi considere *in* vultu Regis *defixerant oculos. id.* v. *Videre.*

ASSE-

ASSEVERARE. Homerum Colophonii ciuem esse *dicunt* suum: Chii suum *vendicant*: Salaminii *repetunt*; Smirnaei vero suum esse *confirmant* -- Permulti alii praeterea pugnant inter se atque *contendunt*. *Cic. in Orat.* v. *Negare*.

ASSEVERANDI FORMULÆ QVÆDAM. *Ita mihi atque huic sis superstes, vt* ex me atque ex hoc natus es. *Ter. Ita velim me promerentem ames, dum viuas*, mi pater, *vt* me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet. *id. Dii me*, pater, omnes *oderint, ni* magis te quam oculos nunc amo meos. *id.* Verum *ita me Dii ament, itaque obtingant ex te, quae exopto mihi, vt* nunquam sciens commerui, merito vt caperet illam odium mei. *id. Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem sanctius, quam jusjurandum, illud pollicerer tibi. id. Ita mihi salua Rep. vobiscum perfrui liceat, vt ego &c. Cic. in Orat.* v. *Jurare*.

ASSISTERE. Ni haec ita essent, *cum illo* haud *stares*, Phaedria. *Ter.* Noli metuere, *vna tecum bona malaque tolerabimus. id.* Cujus auctoritatem secuti *in societatem* belli *veneratis. Languidiore* credo *studio in causa fuistis*, tantummodo in praesidiis eratis, *animi* vero *à causa abhorrebant. Cic. in Orat.* Ad eum igitur Rex Dejotarus venit hoc misero fatalique bello, quem ante justis hostilibusque bellis *adjuuerat -- venit ad periculi* non ad victoriae *societatem -- ille corpus suum periculo objecit, tecumq; in acie contra* Pharnacem *fuit, tuum hostem esse duxit suum. ib. Tibi* victori non solum ad hospitium, sed *ad periculum etiam atque ad aciem praesto fuit. ib.* Manlium audaciae *satellitem atque administrum fuisse. ib.* Fuit hoc quondam, suit proprium populi Rom. longe à

domo bellare, & propugnaculis imperii *sociorum fortunas*, non sua tecta *defendere*. *ib.* Semper *pro* bonis *contra* improbos *senserat*. *ib.* Qui Athenienſium *rebus* ſtuduiſſent. *Nep.* *Ab his* ſtare. *id.* Qui *nobiſcum aduerſus* Barbaros ſteterunt. *id.* Diſſociatis animis ciuium, cum alii Syllanis, alii Cinnanis *fauerent partibus*. *id.* *Cum* Laced. *coierat ſocietatem*. *id.* Optimates *cum* Caſſandro *ſentiebant*. *id.* Qui *in* Darii *partibus* ſteterant. *Curt.* Diis quoque *pro* meliore *ſtantibus cauſa*. *id.* Cum *ſuccurrere laborantibus* vellent. *id.* v. *Iuuare*. it. *Patronus*.

ASSVEFACERE. *Ad* hanc *te* amentiam natura peperit, *voluntas exercuit*, fortuna ſeruauit. *Cic. in Orat.* *In eamque conſuetudinem* (eos) *adduxit*. *Nep.* v. *Conſuetudo*.

ATHEUS. *Qui nullam vim cœleſtem exiſtimat numenue diuinum: quem* neque imperii veſtri magnitudo, *neque ſol ille, nec cœli & ſignorum motus, nec viciſſitudines rerum atq; ordines mouent*. *Cic in Orat.* v. *Sceleratus*.

ATTENDERE & ATTENTIONEM CONCILIANDI FORMULAE QVAEDAM. *Hoc agite*. *Ter.* *Date operam, adeſte aequo animo, & rem cognoſcite, vt pernoſcatis*, ecquid ſpei ſit reliquum. *id.* *Date operam & cum ſilentio animum aduertite, vt pernoſcatis*, quid ſibi Eunuchus velit *idem*. *Date ſilentium*. *id.* Quo facilius *tum æquitas tua, tum audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam*. *Cic. in Orat.* *Percipite, quaeſo, diligenterque quae dicam, & ea penitus animis veſtris mentibusque mandate*. *ib.* Quod quo facilius argumentis perſpicere poſſitis, rem geſtam vobis dum breuiter expono, *quaeſo diligenter attendite*. *ib.* Hinc *ad* criminationem

nem inuidorum *adapertae sunt aures* Regis. *Curt.* *Sermonibus* vituperantium Regem *faciles aures praebere. id.* Illi vulgi *aures praeparent sibi. id.* Si audire vis non fictas tuorum militum voces, rerum necessitate vltima expressas, *praebe quaeso propitias aures. id.* v. *Audire.* it. *Auscultare.*

AVARUS. Ejus Frater *aliquantum ad rem est auidior. Ter. Cui nihil* jam *praeter pretium dulce est. id.* Habet patrem quendam *auidum, miserum atque aridum. id.* Ad omnia alia aetate sapimus rectius; solum vnum hoc vitium affert senectus hominibus, *attentiores* sumus *ad rem* omnes, *quam sat est. id. Parcus, truculentus, tenax. id. Restricti omnino* nullo modo esse debemus. *Cic. in Off.* Occuparet sane gazam *auidissima* gens, *ex longa fame satiet se* auro. *Curt.* Jam etiam *ad* pecora nostra *auaras & insatiabiles manus porrigis. id.* Quid tibi *diuitiis* opus est, quae *te esurire cogunt*, primus omnium *satietate parasti famem, vt quo plura haberes, acrius, quod non habes, cuperes. id. Insatiabilis* autem *auaritia est, adhuc implere velle, quod jam circumfluit. id. Pecuniae cupiditate animus laborat. id.* v. *Parcus.*

AUCTORITATEM HABERE, NON HABERE. Cum faciem videas, videtur *esse quantius pretii. Cic. in Orat.* Cum & *auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandatum esse voluistis. ib.* Nunc imperii nostri *splendor illis* gentibus *lucet. ib.* Nos vicesimam jam diem *patimur hebescere aciem horum auctoritatis. ib. Apud* exercitum *plurimum valuit auctoritate. Nep.* Quare fiebat vt *omnium oculos*, quotiescunque in publicum prodiisset *ad se conuerteret, neque ei par quisquam erat* in ciuitate. *id. in Alc.* Cum *magnam auctoritatem sibi* pugna illa na-

uali, quam apud Cnidum *fecerat*, constituisset. *id.* *Tantum apud* Dionysium *auctoritate potuit. id.* Se Alcibiade recepto *nullius momenti apud* exercitum *futurum. id.* In illis gentibus regum *eximia majestas est, ad nomen quoque* barbari *conueniunt*, & pristinae *veneratio* fortunae *sequitur* aduersam. *Curt. Inueterata apud* milites suos *auctoritate. id. In* Poro *eminebat auctoritas. id.* v. *Valere.*

AUDAX. It. AUDERE. Tantane *affectum* hominem quemquam *audacia. Ter. Vide quid* licentiae, Caesar, *nobis* tua liberalitas *det*, vel potius *audaciae. Cic. in Orat. Furentem audacia, scelus anhelantem, pestem* patriae *nefarie molientem. ib.* Erat ei consilium ad facinus aptum: *Consilio* autem neque lingua neque *manus deerat. ib. Homo ad omne facinus paratissimus. ib. Se acriter ipsi morti offerentes. ib. Ne offeramus nos periculis sine causa*, quo nihil potest esse stultius. *id. in Off.* Ciuibus *animum accessurum. Nep.* Nec quisquam fuit, qui *sustineret* cominus congredi *Curt. Audacia maxime viguit. id.* Vt *erat animi semper obluctantis difficultatibus. id. Cujus ferae rabies occupauit animum tuum*, cum Regem, de te optime meritum, prius vincire, deinde occidere *sustinuisti? id. Ferocia ingenia* non bellum modo, sed etiam veniae desperatio *efferauerat. id.* Nuper cum *procacius se* in venatione *gessisset*, ferox. *id.* Dum *acrius quam cautius pugnat id.* Temeritate atque *audacia insignes fuere* — perpetua partium felicitate *ad spernendum omne periculum accensi. id. Viri audaciae promptae. id.* Belli mortisque *discrimen impauidus subibo. id.* Non ausu *periculum sui facere. id.* v. *Temerarius.*

AUDIRE. Æquo animo *attendite. Ter. Auscultate.*

Ph.

Ph. Istic sum. id. Partim quae perspexi hisce oculis, partim quae *accepi auribus. id.* Non invito *mihi ad aures sermo accessit tuus. id.* Quem cum istoc *sermonem* habuetis, *accepi* procul hinc stans. *id.* Nunc *quid velim animum attendite. id.* Studium atque *aures adhibere. Cic. in Orat.* Poëtis *aures suas dederet. ib.* Saepe *venit ad aures meas. ib.* Jactantur voces, quae *perueniunt ad aures meas. ib.* Cauendum est, ne assentatoribus *patefaciamus aures. id. in Off. Auribus accipere. Nep.* Littori, *à* quo fremitus *acciderat. Curt.* Fremitus tot millium etiam procul stantium *impleuerat aures. id. Auditune* an oculis *comperta haberet*, quae diceret. *id. Summa* militum *alacritate*, jubentium, quocunque vellet, ducere, *oratio excepta est. id. Ne aurium quidem vsus supererat. id.* Amatoris & scorti jurgio *aures meas credidi* infelix. *id.* Nullum ipsos mare ne *fama* quidem *accepisse. id.* Voces nautarum varie hortantium pauidas *aures impleuerunt. id.* Quia oculorum cessabat vsus, fremitus vocesque *auribus captabat. id.* v. *Attendere.* it. *Auscultare.*

Auditores habere. Non enim *corona consessus vester cinctus est*, vt solebat. *Cic. in Orat.* Non vsitata *frequentia stipati sumus. ib.* v. *Abundare.* it. *Cingere.*

Avertere. Quod ego à me atque *à* meis *facile propulsari* posse confido. *Cic. in Orat.* Quae vero aderant jam & impendebant, quonam modo ea aut *depellere* potuissetis. *id.* v. *Defendere.*

Augere, ri. Plagae *crescunt* nisi prospicis. *Ter.* Ex his studiis haec quoque *crescit* oratio *Cic. in Or. Inflammaret odium. ib. Ad* tua innumerabilia in me merita — *maximus hoc* tuo facto *cumulus accesserit.*

ſerit. ib. Auctoritatem multis poſtea rebus geſtis magnisque veſtris judiciis *amplificatam. ib.* Orationem latinam legendis noſtris profecto *efficies* plenio*rem. Id. in Off.* Iram doloremque *grauaret. Curt.* *Onerauit* hunc dolorem. *id.* Regionem finibus eorum *adjecit. id.* Nox & ignota regio & dux, incertum an ſatis fidus, *multiplicabant* metum. *id.* Nix *cumulata* vento. *id.* *Jam aliquantulum altitudinis* opus *creuerat. id.* Frigeſcens vulnus *aggrauarat* dolorem. *id.* Virtus tua ſemper *in incremento erit. id.* v. *Amplificare.*

AUSCULTARE. *Arrige aures*, Pamphile, *Ter.* *Adeſte aequo animo: date poteſtatem mihi* ſtatariam agere *vt liceat per ſilentium. id.* Ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi, acceſſi, adſtiti, animam compreſſi, *aurem admoui, ita animum cœpi attendere, hoc modo ſermonem captans. id.* v. *Audire.* it. *Attendere.*

ΑΥΤΟΧΕΙΡ. Foribus aedium obſeratis *occupant* liberum *mortis arbitrium. Curt.* Regem *à ſemetipſo interemptum eſſe. Idem.* Venia deſperata *gladio ſe tranſigit. id.* *Haſtam* è corpore jacentis euulſam *retorſit in ſemet. id.* *Occupare fati diem id.* *Ferrum in remedia poſcebat. id.* v. *Interficere.*

AUXILIARI. Vitae qui *auxilium tulit. Ter.* Solus mearum miſeriarum *eſt remedium. id.* Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, atque *huic malo ſalutem quaerant, auxilii nihil afferant. id* Ego in inſidiis *hic ero ſuccenturiatus*, ſi quid deficies. *id.* Pulcherrimae vrbi *contra* tantam vim ſceleris *auxilium eſſe laturos. Cic. in Orat.* Eorum, qui ſe ex ejus regno collegerant, & magis adventitiis multarum regum & nationum copiis *juvabatur.*

batur. ib. Magni fuit ejus opera. Nep. Opem ferre liberis. id. v. Assistere. it. Juuare.

B.

BACCHARI. Credo equidem non diuino instinctu, sed lasciuia esse prouectos, vt passim hederae ac vitium folia decerperent, redimitique fronde toto nemore *similes bacchantibus vagarentur.* Curt. v. *Luxuriosus.*

BARBARUS. *Pingue quiddam sonantibus atque peregrinum.* Cic in Orat. *Agreste hominum genus & inter Barbaros maxime inconditum*, locorum asperitas *hominum* quoque *ingenia durauerat.* Curt. Barbaris *rudis & inconditus sensus est.* id. v. *Inhumanus.*

BELLARE. *Ad illa arma* fato sumus, nescio quo, Reip. misero funestoque *compulsi.* Cic. in Orat. *Bellum* ciuile *esse susceptum.* ib. Nec vlla vnquam *secutus* sum *arma* ciuilia. ib. *Suscepto bello*, Caesar, *gesto* etiam ex magna parte, nulla vi coactus, judicio meo ac voluntate *ad ea arma profectus sis*, quae erant *sumpta contra te*, *contra* ipsum Caesarem est *congressus armatus.* Quid enim Tubero, *tuus ille districtus* in acie Pharsalica *gladius agebat?* Cujus *latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quae tua mens? oculi? manus? ardor animi?* ib. Eisdem *in armis fui.* ib. *Tulit arma contra te.* ib. Africam -- natam ad *bellum* contra hanc vrbem *gerendum.* ib. Nunquam eas copias Rex habuit, quibus *inferre bellum* Pop. Rom. posset. ib. Cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere *certandum est.* id. *In armis volitare.* ib. *Instruite nunc*, Quirites, *contra* has tam praeclaras Catilinae copias *vestra praesidia*, *vestrosque exercitus*, & primum gladiatori

diatori illi confecto & saucio consules imperatoresque vestros *opponite. ib.* In hoc autem *vno post hominum memoriam maximo crudelissimoque bello, quale bellum nulla vnquam barbaria cum sua gente gessit. ib. Bellum graue & periculosum* vestris vectigalibus atque sociis a duobus potentissimis regibus *infertur. ib.* Ita vestri *cum illo* Rege *contenderunt* imperatores. *ib. Quantum illud bellum futurum putetis, quod conjungant* Reges potentissimi, *renouent* agitatae nationes, *suscipiant* integrae gentes, nouus imperator vester *accipiat*, vetere expulso exercitu. *ib.* Qui è ludo atque pueritiae disciplina *bello maximo atque acerrimis hostibus ad* patris *exercitum atque in militiae disciplinam profectus* est — qui saepius *cum hoste conflixit*, quam quisquam *cum inimico concertauit*? plura *bella gessit*, quam caeteri legerunt? plures *prouincias confecit*, quam alii concupiuerunt? *cujus adolescentia ad scientiam rei militaris* non alienis praeceptis, sed *suis imperiis*, non offensionibus belli, sed *victoriis*, non stipendiis, sed *triumphis est tradu*ctа? *quod* denique *genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna* Reipublicae? — *varia & diuersa genera & bellorum & hostium*, non solum *gesta* ab hoc vno, sed etiam *confecta, nullam rem esse declarant in vsu militari positam, quae hujus viri scientiam fugere possit. ib.* Tantum *bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello* omnes gentes ac nationes *premebantur*, C. Pompejus extrema hyeme *apparauit*, ineunte vere *suscepit*, media aestate *confecit. ib. Collatis signis* exercitus regios *superare* posse videatur. *ib. De imperio decertatur belloque quaeritur gloria. id in Off.* Temere autem *in acie versari*

&

& *manu cum hoste confligere* immane quiddam & belluarum simile est, sed, cum tempus est necessitasque postulat, *decertandum manu est. ib. Armis & castris tentata res est* ab omni genere hominum & ordine. *ib. De manibus* audaciſſimorum ciuium *delapsa arma ipsa ceciderunt. ib.* Scythis *bellum inferre* decreuit. *Nep* Lacedaemonios *bello persequi. id. Sibique bellum facere. id.* Societate dissoluta *bellum inter se gesserunt. id.* Totis viribus tanti *belli discrimen aditurus. Curt.* Graeciae quoque & Cretae *arma commouerat. id. Bellum* — praefecto *moliebatur.* Semper *in armis erant. id.* Tunc ad repetendas res festinabitis, tunc *arma capietis*, quanto autem praestaret territum adhuc, & vix mentis suae compotem, *opprimere. Otium interpellandum erat bello, cujus materia* opportune *alebatur. id.* Indomitis *gentibus se objectos*, vt *sanguine suo aperirent* ei Oceanum. *id. Vis omnium* gentium *conspiret in nos, impleat armis viisque* orbem totum, *classibus maria consternat*, inusitatas belluas inducat, *tu nos praestabis inuictos. id. Ipsis sanguinem esse fundendum. id. Arma capere. id. In* Europam *arma proferimus. id. Trahendi* vero *belli* vix vllam esse rationem. *id.* v. *Caedes. Clades. Milites conscribere. Vincere.*

Beneficus et beneficio afficere. *Benigne facere. Ter.* Seruum haud illiberalem praebes te, & *tibi lubens bene faxim. id. Pro patre huic est, bonus est*, noster est, recte datur. *id. Accipit nemo melius neq; prolixius. id.* Qui *beneficio* ciues suos *vicerint. Cic. in Orat. Beneficia* quae *in me contulistis*, aut in hujus salute *augeatis*, aut in ejusdem exitio *occasura* esse jubeatis. *ib. Quicquid* sine detrimento *possit commodari*,

dari, id tribuatur cuique vel ignoto. *id. in Off. Nec ita reseranda res familiaris, vt pateat omnibus*, modus adhibeatur, isque referatur ad facultates. *ib. Beneficio prouocati. ib. Si in eos*, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus *officia conferre*, quales in eos esse debemus, qui jam profuerunt? *ib. In collocando beneficio* & in referenda gratia, si caetera paria sunt, hoc maxime officii est, vt quisque maxime opis indigeat, ita *ei potissimum opitulari*, quod contra fit à plerisque; A quo enim plurimum sperant, etiamsi ille his non eget, tamen *ei potissimum inseruiunt. id.* Hinc *obligari* quidem *beneficio* volunt. *id.* Bessus tanto *merito — obligatus. Curt. Hospitaliter aliquem excipere. id.* Si quis *ipsos beneficio, quam injuria experiri maluisset*, certaturos fuisse, ne *vincerentur officio. id.* v. *Liberalis.* it. *Patronus.*

BENEVOLUS ET BENEVOLUM REDDERE. *Ipsi cupio* Glycerio. *Ter.* Te video nostrae familiae tam *ex animo factum velle. id. Fideli animo & benefico in illam & clementi fuit. id.* Caue ne falsam *gratiam* studeas *inire. id.* Ille, *quem beneficio adjungas. id.* Ita eos meo labore eductos maximo hic *fecit suos* paulo sumptu. *id.* Paulatim plebem primulum *facio meam. id. Tibi bene ex animo volo. id.* Cujus ego industriae gloriaeque *faueo. Cic. in Orat. Propensior in* Cn. Pompeji *amicitiam fuisset. id.* Qui omnia *de* Rep. *praeclara atque egregia sentirent. id.* Nimis *amplecti* plebem putabatur. *ib.* In vtroque *inest gratificandi liberalis voluntas. id in Off.* A quo expeditior & celerior remuneratio fore videtur, *in eum* fere *est voluntas nostra propensior. ib.* Quo Cn. Pompeji *gratiam mihi* per hanc causam *conciliari* putem. *Idem.*

Omnis

Omnis virtus *nos ad se allicit, facitque vt diligamus*, in quibus ipsa inesse videatur. *ib. Nihil est amabilius nec copulatius*, quam morum similitudo bonorum. *ibid.* Quorum *beneficiis maxime obligati sumus. id.* Praecipiunt, vt oratione benigna multitudinis *animos ad beneuolentiam alliciant*, militesque blande appellando *sermone deliniant. ib. Paritur gratia. ib.* Quae *liberalitas* barbarum *adstrinxerat. Curt.* v. *Amicitiam facere.* it. *Conciliare. Fauere.*

Bibere. *Pitissando modo mihi quid vini absumsit? Ter. Visa* vero *est*, quod dici solet, *aquilae senectus. id.* Apud eum miles *Dionysia agitat. idem. Cyathos sorbillans* paulatim hunc producam diem. *id. Potasti, scelus*, quasi re bene gesta. *id. Accipit poculum & haurit. Curt. Ob sitim impotentes sui, ore* quoque *hianti captare* cœperunt. *id. Sitis* praecipue fatigatos sauciosque *exurebat*, passimque omnibus riuis prostrauerant corpora, praeterfluentem aquam *hianti ore captantes*, quam cum *aude* turbidam *hausissent. id.* Vt quicquid occulti humoris vsquam manaret, *exciperent. id. Nec vlla adeo auia & sicca lacuna erat, quae falleret vestigantium sitim. id.* Dum galea *haustam* aquam *sorbet. id.* Paulisper *repressit sitim. id.* v. *Ebrius.* it. *Sitire, sitim sedare.*

Blandiri. Illa malis fatigata identidem *mulierbres adhibere blanditias. Curt. Non deerat* talia concupiscenti *perniciosa adulatio, perpetuum malum Regum*, quorum *opes* saepius *assentatio*, quam hostis *euertit. id.* v. *Adulari.*

Brevem esse, breviter. Quin tu *vno verbo dic*, quid est quod me velis? *Ter. Quid multis moror? id. Nihil circuitione vsus es. id. Quid multa verba?*

Id.

Id. Ad pauca vt redeam. id. Quid verbis opus est? id. Id, si potes, *verbo expedi. id. Vt ad pauca redeam* ac mittam illius ineptias. *id.* Longiorem *orationem* causa forsitan *postulat, tua* certe *natura breuiorem. Cic. in Orat.* Sed *quid ego longinqua commemoro? ib. Conferamus* igitur *in pauca. id. in Off.* Vtrique rei occurram, quantum potero, & *medebor* cum *satietati*, tum ignorantiae *lectorum. Nep.* v. *Materiam dicendi &c.*

C.

CADERE. *Ruere* illa non possunt, vt haec non *eodem labefactata motu concidant. Cic. in Orat.* Quae (gleba) cum Regis capiti *incidisset*, resoluta *defluxit. Curt. Submitti genu* cœpit. *Id. In humum pronum corpus abjecit. Id.* Haec agentem anima defecit, *corpus* ex equo *defluxit in terram. id.* Illa vero miserabilis erat facies, cum ii, *quos instabilis gradus fefellerat, ex* praecipiti *deuoluerentur. id.* Arboris proximae stipiti se applicuit, deinde ne illo quidem adminiculo sustinente, *manibus* Regis *exceptus est, inter quas collapsus* extinguitur, *id.* Cum is *pronus corruisset. Id.* Multorum *miserabilis fuit casus*, quos ex praerupta tupe *lapsos amnis* praeterfluens *hausit. id.* Equus ejus multis vulneribus confossus *deficiensque procubuit, posito* magis Rege, quam *effuso. id.* Tam continuo labore grauia *genua succiderant. id.* v. *Dejicere.*

CADERE IN PRAELIO. v. *Mori.*

CAEDES, CLADES. Tum vero *similis ruinae strages erat. Curt.* Vna ala *ipso impetu proculcata erat. id.* Terrestri simul nauali*que clade obruebantur. id. Quantumque sanguinis fusum sit*, vel ex hoc

exisli-

existimari potest, quod intra munimenta vrbis sex millia armatorum *trucidata sunt. id.* Nec Macedonibus *incruenta victoria fuit. id.* Namque *praeliis* etiam secundis *atterebantur copiae. id. Ingens ruina* equorum aurigarumque *aciem compleuerat. idem.* Paucae euasere quadrigae in vltimam aciem, iis, quibus inciderunt, *miserabili morte consumptis*: Quippe *amputata virorum membra humi iacebant*, & quia calidis adhuc vulneribus aberat dolor, *trunci quoque ac debiles arma tamen non omittebant, donec multo sanguine effuso, exanimati procumberent id. Quis tot ludibria fortunae, ducum agminumque caedem multiplicem*, deuictorum fugam, *clades nunc singulorum, nunc vniuersorum, aut animo assequi queat, aut oratione complecti?* Propemodum *seculi res in vnum diem fortuna cumulauit.* Alii, qua breuissimum patebat iter, alii diuersos saltus & ignotos sequentibus calles petebant. *Eques pedesque confusi, sine duce, armatis inermes, integris debiles implicabantur. id.* Itaque *hinc morientium gemitus, hinc ad suos recurrentium miserabilis facies*, integros quoque antequam *discrimen experirentur* in fugam auertit *Id.* Cilicia *inundata cruore* Persarum & Arbella, cujus *campi deuictorum* à nobis *ossibus strati sunt.* Sero hostis legiones numerare cœpistis, posteaquam *solitudinem* in Asia *vincendo feciſtis. id.* v. *Bellare, Vincere.*

CALAMITAS, CALAMITOSUM ESSE. *Fatalis quaedam calamitas incidisse videtur*, & improbitas hominum mentes occupauisse. *Cic. in Orat. In domum* non repulsam solum *retulit*, sed ignominiam & *calamitatem. Id. in Off. Nec vlla facies mali deerat. Curt.* Vixque vlla domus purpurati fuit *tantae cla-*

dis expers. Id. Vndique *vis mali vrgebat. id.* Macedones *ancipiti circumuentos malo. id. Nulla clades huic, qua affecti sumus, par* ab iratis Diis *excogitari potest. id.* v. *Infelix.*

CALIDUS. Æstas erat, cujus *calor non aliam magis, quam* Ciliciae *oram, vapore solis accendit, ac diei feruidissimum tempus cœperat. Curt.* Steriles arenae jacent, quas vbi *vapor solis accendit, feruido solo exurente vestigia, intolerabilis aestus existit. id. Sol omnia incenderat, siccaque & adusta erant omnia.* Aqua *feruida exaestuat. id.* Cum alia *feruore solis exaestuant,* Indiam niues obruunt. Rursus vbi caetera rigent, illic *intolerandus aestus existit. id.* v. *Frigere.*

CALIGO. *Caligo, quam* circa humidi *effuderant* montes. *Curt. Obscura coeli, verius vmbra, quam lux, nocti similis, premit terram, vix vt, quae prope sunt, conspici possint. id. Caligo,* immodico terrae feruore *excitata, lucem tegit. id.* v. *Tenebrae sunt.*

CALLIDUS. Nunc opus est tua mihi ad hanc rem *exprompta memoria atque astutia. Ter. Haud stulte sapis. id.* Patrem nouisti *ad has res quam sit perspicax. id.* Hic me magnifice effero, qui *vim tantam in me & potestatem habeam tantae astutiae,* vera dicendo vt ambos fallam. *id.* Ego me *non tam astutum neque ita perspicacem* esse scio. *id.* Hoc autem celandi genus quale sit & cujus nominis, quis non videt? certe *non aperti, non simplicis est, non ingenui, non justi, non viri boni: Versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Cic. in Off.* v. *Fraudulentus.*

CALUMNIARI. Nec vero *criminibus falsis in*

vdium

odium aut inuidiam quemquam *vocabit*. *Cic. de Off.* Cum *studiose de* absentibus *detrahendique* causa, aut per ridiculum, aut seuere, aut *maledice contumelioseque dicitur*. *ib.* Leuissimos *falsis criminibus astruxit*, monitos tum demum *ea deferre*, cum ipse jussisset. Interim quoties sine arbitris erat, *credulas* regis *aures implebat*, dissimulans causam irae, quo *grauior criminantis auctoritas* esset. *Curt.* Hinc ab eo subornati *falsis criminibus occupant aures*. *id.* v. *Criminari*. it. *Obtrectare*.

CANDIDUS. *Antiqua homo virtute ac fide*. *Ter.* *Sit* denique *inscriptum in fronte* vniuscujusque ciuis, *quid* de Rep *sentiat*. *Cic. in Orat.* Qui *nihil ex occulto, nil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici*. *id. in Off.* v. *Callidus*.

CAPERE it. CARCERI INCLUDERE. *Sublimem hunc intro rape, quantum potes*. *Ter.* Mitor non jussisse illico *me arripi*. *id.* Fratres meos, inquit, quod erant conscii, *in vincula conjecit*. Cumque eos *vinciret*, quos secum habebat, te solutum Romam mittebat. *Cic. in Orat.* Quam *longe* videtur *à carcere atque à vinculis abesse* debere, qui seipsum jam *dignum custodia judicauerit*. *ib.* Sceleratissimi periculosissimique belli nefarios duces *captos* jam *& comprehensos tenetis*. *ib.* Qui omnes praesentes erant, *in custodiam traderentur*. *ib.* Illam belluam, judicii laqueos declinantem, jam *irretitam teneret*. *ib.* *Subito arrepti* in quaestionem tamen separantur à caeteris, *& in arces conjiciuntur*. *ib.* *Horribiles custodias circumdat*, & digna scelere hominum perditorum sancit, ne quis eorum pœnam, quos condemnat, aut per senatum, aut per populum leuare possit. *ib.* Non

dubitat P. Lentulum *aeternis tenebris vinculisque mandare. ib. In vincula publica conjectus est. Nep. Custodia tenebatur. id.* Saucii quidem & inualidi, qui agmen non poterant persequi, *excepti sunt. Curt.* Si custodes fefellissent, quasi feras bestias ipsos posse *deprehendi. id.* Simulatione omissa *circumsistunt eum*, & frustra repugnantem *vinciunt*, direpto ex capite regni insigni. *id.* Inuicti corporis spoliis inertissimos *manus fuisse iecturos. id.* Sperabant incautum & temerarium regem *excipi* posse. *idem.* Omnibus *catenae injectae* sunt. *id.* Darii interpres *excipitur*, corpore aeger, non poterat agmen sequi, & *deprehensus* celeritate regis, transfugam se esse simulabat. *id. In vinculis cohiberi. id.* Quasi *captiuum in vinculis habuit. id.* Quos *trahi in custodiam* jussit. *id.* Tertium jam annum *custodiebatur in vinculis. id. Eum tenebat collo inserta catena*, tam Barbaris, quam Macedonibus gratum spectaculum. *id.* Captiuos *diligenti asseruare custodia. Id.* v. *Custodire*

PRO CAPTU. Sedulo moneo quae possum *pro mea sapientia. Ter. Vt captus est* seruorum. *id.* v. *Intelligere.*

CARERE. Nae illiusmodi jam *magna nobis* ciuium *penuria est. Ter.* Haec virgo *orba est* patre. *id.* De summa *nihil decedet. id.* Justitia *vacat. Cic. in Off.* Scientia quae *est remota à* justitia. *ib. Ab* omni animi perturbatione *liber sis. id.* Nos veri juris germanaeque justitiae *solidam & expressam effigiem nullam tenemus. Vmbra & imaginibus vtimur*, easque ipsas vtinam sequeremur. *ib.* v. *Abundare*, *Adimere*, *Amittere.*

CATHE-

CATHEDRA, CATHEDRAM CONSCENDERE. Hic autem *locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus* est visus. *Cic. in Orat.* Cum antea per aetatem nondum *hujus auctoritatem loci contingere* auderem, statueremque nihil huc, nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere. *id.* v. *Eloquens.*

CAVERE. Posthac incolumem, sat scio, fore me, nunc si *vito* hoc malum. *Ter.* Tu *quod cauere possis*, stultum admittere est. *id.* *Quam bene vero abs te prospectum est*; Quid voluisti? cogita. *idem.* *Non committet hodie vnquam, vt* vapulet. *id.* Credo, *nunquid circumspexti? aut nunquid tute prospexti tibi? id.* *Videndum est* ne minus propter iram hanc impetrem, quam possim; aut *ne quid faciam plus, quod me post minus feciſſe satius sit. id.* Quo magis *omnes res cautius, ne temere faciam, accuro. id.* *Vt cautus est*, vbi nihil opus est. *id.* Et hortamur & obsecramus, vt vitae, vt saluti tuae consulas — quoniam *subesse aliquid* putas, *quod cauendum sit. Cic. in Orat.* Multo me *vigilare acrius ad* salutem, quam te ad perniciem Reip. *ibid.* Mentes enim hominum audaciſſimorum sceleratae ac nefariae ne vobis nocere possent, ego *prouidi. ib.* Id ne vnquam posthac non modo confici, sed ne cogitari quidem possit, vobis hodierno die *prouidendum est. ib.* *Nunquam omnino* periculi fuga *committendum est*, vt imbelles timidique videamur. *Id. in Off.* Vt & *seueritas adhibeatur* & contumelia repellatur. *Ib.* Quae autem parua videntur esse delicta, neque à multis intelligi possunt, *ab his est diligentius declinandum. ib.* Auaritiae *pellatur etiam minima suspicio. ibid.* Vt hoc

tantum malum *de* Rep. *tolleretur. ib. Ab hoc* igitur genere largitionis vt aliis detur, aliis auferatur, *abierunt ii*, qui Remp. tuebantur. *ib. Prudenter cauteq*, insidias *vitauit. Curt.* v. *Vitare.*

CAUSARI. Obsequium amicos, veritas odium *parit. Ter. In* nuptias *conjeci* herilem filium. *idem.* Ex vnis geminas mihi *conficies* nuptias. *id.* Saepe ex hujusmodi re quapiam & *ex* malo principio magna familiaritas *conflata est. id.* Virginem, quam amabat, eam *confeci* sine molestia, sine sumptu, sine dispendio. *id.* Hoc putant, quicquid factum est, *ex te esse ortum. id.* O mearum voluptatum omnium *inuentor, perfector. id. Propter* eam haec turba atque abitio *euenit. id.* Hic *adjutor* meus & *monitor* & *praemonstrator* Chremes *haec mihi praestat.* Aliquid gnato *conficies mali. id.* Non vides, quantum mali *ex ea re excites. idem.* Haud cito mali quid *ortum ex hoc* sit publice. *id.* Te esse *huic rei caput. idem.* Solum vnum hoc vitium *affert* senectus hominibus. *Id.* Me & te & familiam dedecoras, filio luctum *paras. id.* Vide quam immerito aegritudo haec *oritur mihi abs te. id.* Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc *conciuerit. id.* Ex Myrrhina haec sunt, mea vxore, *exorta* omnia. *id.* Facilem benevolumque lingua tua jam tibi *me reddidit. id.* Scit tibi nobilitatem ex eo & rem *natam* & gloriam esse. *idem. Obtuli* aduentu meo laetitiam Pamphilo. *id.* Ciuile bellum tantum, tam luctuosum *excitauerunt. Cic. in Orat.* Quantam mihi alacritatem populi Romani concursus *afferret? ib.* Multa se arbitratur *peperisse* antea factis. *ib.* Sententiam tuam aut cum summo dedecore miserrimam pestem *importaturam* esse regibus, aut incolumem famam cum salute. *ib.* Si mihi inimi-

inimico, vt praedicas, tuo *conflare* vis inuidiam *ib.* Horum omnium scelerum *improbissimum machinatorem. ib. Attulit* non tam ipsius interitus Reip. luctum, quam caeterorum. *ib.* Dissensiones erant hujusmodi, Quirites, quae non ad delendam, sed ad commutandam Remp. *pertinerent. ibid.* Nescio an amplius mihi negotii *contrahatur. ib.* Cujus lege salus ac dignitas populo Rom. atque omnibus gentibus *constituta est. ib.* Dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum *attulistis. ib.* Ejusdem Appiae nomen *quantas tragœdias excitat. ibid.* Quid enim odisset Clodium Milo, *segetem ac materiam* suae gloriae. *ib.* Totius Italiae concursus, quem mea salus *concitarat. ib.* Maxima laetitia populum Rom. cunctam Italiam, nationes omnes *affecisse. ib.* Incredibiles vrbi felicitates atque opes *attulit. ib. Ingeneratque* inprimis praecipuum amorem quendam in eos, qui procreati sunt. *Id. in Off. Quibus ex rebus conflatur & efficitur* quod quaerimus honestum. Faciem honesti vides, quae si oculis cerneretur, mirabiles amores, vt ait Plato, *excitaret* sapientiae. *ib. Parta* victoria. *id.* Rem pernicioſissimam in ciuitatem *inducunt*, seditionem atque discordiam. *ib.* Benefica voluntate beneuolentia *mouetur*, etiamsi res forte non suppetit. *ib. In* vtroque *inest* gratificandi liberalis voluntas: Tamen altera ex arca, altera ex virtute *depromitur. ib.* Quae te, malum, ratio in istam spem *induxit*? *ib. Fundamentum* enim perpetuae commendationis & famae est justitia. *ibid.* Non videtur hujusmodi debuisse deliberationem *introducere. ib.* Diuitiis *ornauit* Athenienses. *Nep.* Quae res etiam nonnullam *afferebat* deformitatem.

id. *Paritur* pax bello. *idem.* Cujus (belli) *materia* oportune *alebatur.* *Curt.* *Subest* nimirum silentio facinus, & auida spes regni praecipitem animum ad vltimum nefas *impulit.* *id.* v. *Impellere.* it *Oriri.*

CEDERE. *Da locum* melioribus. *Ter.* Qui *exigua corporis declinatione euitato ictu.* *Curt.* v. *Vitare.*

CELARE. Alii *clanculum* patres quae *faciunt,* quae fert adolescentia. *Ter.* Neque *id occulte fert.* *id.* *Tegere* contumelias *id.* Aduersa ejus *per te tecta tacitaque apud* omnes *sunt.* *id.* Illi miserae indigne factam injuriam *contexeris.* *id.* Non *me clam haberet,* quae celasse intelligo. *id.* v. *Abscondere. pr.*

CELEBRIS, CELEBREM FACERE. Stultum adolescentulum *nobilitas* flagitiis. *Ter.* Dejotarus vestram familiam *abjectam & obscuram è tenebris in lucem vocauit* *Cic. in Orat.* Tantamne vnius hominis incredibilis ac diuina virtus, tam breui tempore *lucem afferre* Reip. potuit? *Summa* ingenii *praedito gloria.* *ib.* Qui libri — populi Rom. *nomen illustrarunt.* *ibid* Si res eae quas gessimus, *orbis terrae regionibus definiuntur,* cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela peruenerint *eodem gloriam famamque penetrare.* *ib.* Nisi Ilias extitisset illa, idem *tumulus* qui corpus ejus contexerat, *nomen* etiam *obruisset.* *ib.* *Gloria est illustris ac peruagata multorum & magnorum,* vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum *fama meritorum.* *id.* *Vagabitur* modo *nomen tuum longe atque late, sedem quidem stabilem & domicilium certum non habebit.* *ibid* *Quod* igitur *nomen vnquam in orbe terrarum clarius fuit?* cujus res gestae pares? *Ibid.* *An vero vllam vsquam esse oram tam desertam putatis, quo non* perua-

peruaserit fama illius diei. *ib. Implerunt orbem terrarum nominis sui gloria. ib. Vltra quam fines* imperii populi Rom. *sunt*, non solum *fama* tanto de bello, sed etiam laetitia *peragrauit. ib. Omnibus in terris & jam versatur, & semper habitabit nominis mei gloria. ib.* Cujus est *praeter caeteros nobilitata* crudelitas. *id. in Off.* Sulpitii eloquentiam accusatio *illustrauit. ibid.* Qui *in maxima celebritate atque in oculis ciuium* quondam *viximus. ib.* Cum & antiquitate generis & *gloria* majorum *vnus omnium maxime floreret. Nep.* Qua pugna *nihil est adhuc nobilius. id.* Quo factum est, vt breui tempore *illustraretur. id. Magnus* hoc bello Themistocles *fuit. id. Creuerat ejus fama* cum opibus. *id.* Disciplina militari *nobilitatus est. id.* Quorum *peruagata sunt nomina. id.* Justitiae *fama floruit. id. Magnam reliquit sui famam*, magis felicitate, quam virtute *partam. id. Fallitur, qui terminos gloriae nostrae metitur spatio, quod transituri sumus. Curt.* Quis Deorum hoc Macedoniae *columen ac sidus* diuturnum fore polliceri potest? *Id. Nomen quoque ejus & fama rerum in totum propemodum orbem* reges ac regna *diffudit, clarissimique sunt habiti*, qui etiam minimae parti tantae fortunae adhaeserunt. *id. Omnis aetatis ac memoriae clarissimus. id.* Vrbem vetustate *famaque* conditorum *inclytam. id.* Obsidio certe non tam *claritate* vrbis *nobilitata est. id.* Macedones virtute *assecutos, ne quis toto orbe locus esset, qui tales viros ignoraret. id.* v. *Nomen immortale &c.*

Celer. *Omnia* quippe *facilius, quam moram perpeti poterat. Curt. Quanta maxima celeritate potuit*, contendit. *Id. Nullam virtutem* Regis Alexan-

dri *magis, quam celeritatem laudauerim. id. Nullum inter uallum aduersus celeritatem ejus satis longum videbatur. id.* Naturalem *celeritatem* ira *concitante. id.* Equorum *velocitati par est* hominum *pernicitas. id.* Illi *praestantes & leuitate corporum* & ardore animorum. *id.* v. *Festinare.*

CERTUS, INCERTUS. *Credunt magis quam sciunt* accolae. *Curt.* Verone an mendacio liberare se à cruciatu voluerit, *anceps conjectura est. id. Ambigi potest. id.* Re quoque recenti, cum *magis posset liquere, dubitatum est. id. In ambiguo fuisse. idem.* v. *Dubius.*

CESSARE. Qui omne tale negotium cuperet effugere, paulum aduentu Vari *conquieuit. Cic. in Orat.* v. *Tardus.*

CHARUS. *Quicquid homines vel vita aestimant, vel morte redimunt. Curt. Longe acceptissimus* Parmenioni. *id.* v. *Amare.* it. *Gratus.*

CINGERE. Non enim *corona* confessus vester *cinctus est*, vt solebat, non vsitata *frequentia stipati sumus Cic. in Orat.* Quanquam praesidiis salutaribus *septi sumus. id.* In illis publicorum praesidiorum copiis *circumfusus* sedet. *ib.* Ne multitudine *claderetur. Nep. Circumfusus* hostium *concursu id.* Etiam à lateribus *circumfundi* posset equitatus. *Curt.* Dextrum Alexandri cornu *circuibatur. idem.* Occulte *circuire* tergum suorum jubet. *id.* Muros turresque vrbis praealtum mare *ambiebat. id.* Posse eum *includi. id.* Abundans multitudine aciem *circumuehi* jussit. *id.* Arborum rami alius alio implicati & coëuntes *perpetuam objecerant sepem. id.* Juga montium praealtae syluae rupesque inuiae *sepiunt. idem.*

Anxium

Anxium Regem tantis malis *circumfusi* amici. *idem.* Nonnulli terga hostium *circumuehi* jubebant. *id.* v. *Angustus.* it. *Obsidere.*

CLADES. v. CÆDES.

CLAMARE. *Quantum potero, voce contendam, vt* hoc pop. Rom. *exaudiat. Cic. in Orat.* Persae *inconditum & trucem sustulere clamorem. Curt. Lugubris clamor* Barbarorum *ejulatu planctuq; permixtus id.* Lugentem *edidere clamorem. id. Lugubri vlulatu & incondito clamore* gemituque totam fere aciem adhuc aequo Marte pugnantium *turbauere. id. Varius ac dissonus clamor* sine duce ac sine imperio totis castris *referebatur. idem. Ne contentione vocis* cicatricem infirmam *rumperet. id. Clamorque* exercitus, index alacritatis, *secutus est. id.* De industria irritatae *horrendo stridore aures fatigabant. id.* Nec aut praefectorum castigatione aut verecundia Regis deterriti, *tumultuoso clamore* & militari violentia *volentem loqui inhibebant. id.* v. *Tumultuari.*

CLAUDERE. v. *Finire.* it. *Breuem esse.*

CLEMENS. Vidimus tuam victoriam praeliorum exitu terminatam, *gladium vagina vacuum* in vrbe *non vidimus. Quos amisimus* ciues, *eos Martis vis perculit, non ira victoriae. Cic. in Orat.* Si in hac tua fortuna *lenitas tanta* non *esset, quantam tu per te — obtines — acerbissimo luctu redundaret ista victoria. ib. In caeteros,* qui mihi permittunt vti ingenio meo, quam *mitis sim,* non ignoratis & commemorare superuacaneum est. *Curt.* Obsequio *mitigantur imperia. id. Cum his communicanda est nostra clementia. id.* v. *Ignoscere.*

CÆLEBS. *Abhorrenti à re vxoria. Ter.* An

sedere

ſedere oportuit *domi virginem tam grandem?* *idem.* Omnino *abhorrere animum* huic video *à nuptiis.* *id.* v. *Conjux.*

COERCERE. Vt illius animum, qui nunc luxuria & laſciuia diffluit, *retundam & redigam, vt quo ſe vertat, neſciat.* *Ter.* *Poteſtate* tamen veſtra *continebuntur.* *Cic. in Orat* Neque enim poteſt exercitum is *continere* imperator, qui ſeipſum non continet, neque *ſeuerus eſſe in judicando,* qui alios in ſe ſeueros eſſe judices non vult. *ib* *Furores,* quos nullis jam legibus, nullis judiciis *fraenare* poteramus. *ib.* Hunc ipſum annum, hoc ſummo viro conſule, *concuſſa* hominum *licentia, cupiditatibus fractis,* legibus & judiciis conſtitutis ſalutarem ciuitati fore. *ib.* Vbi vero reuerentia exceſſit animis & ſumma imis confundimus, *vi opus eſt, vt vim repellamus* *Curt.* Vrbs diruta eſt, vt caeteri cladis *exemplo continerentur.* *id.* v. *Reſtituere &c.*

COGERE. Ea quoniam nemini *obtrudi* poteſt, itur ad me. *Ter.* Poſſumne ego hodie *ex te exſculpere verum?* *id.* *Extorque,* niſi ita factum eſt. *id.* Nemo mirari debeat humana conſilia diuina *neceſſitate eſſe ſuperata.* *Cic. in Orat.* In qua quaeſtione dolor veram vocem *elicere* poſſit *etiam ab inuito.* *ib.* Sin aliquando *neceſſitas nos ad ea detruſerit,* quae noſtri ingenii non erunt. *ib.* Darium, vt pacem à te jam tertio peteret, nulla *vis ſubegit,* ſed juſtitia & continentia tua *expreſſit.* *Curt* Nihil eſſe miſeris mortalibus ſpiritu carius: Amore ejus *ad vltima eſſe propulſum:* ſed ea magis ſecutum, *quae coëgiſſet neceſſitas,* quam quae optaſſet. *id.* *Injectis manibus* jurgantes monentesque conabantur *abducere.* *id.* Si audire

audire fictas non vis tuorum militum voces, *rerum necessitate vltima expressas. id.* v. *Impellere.*

COGITARE *Secum recta reputauit via. Ter.* Cum milite isto *praesens absens vt sies*, dies noctesque ames me, *me cogites, me speres, me te oblectes, mecum tota sis. idem.* Hoc adeo *ex hac re venit in mentem mihi. id.* Num tibi videtur *esse apud sese. id. Venere in mentem istaec mihi. id.* Ne quod tibi de alio audienti, *de se ipso occurrat*, reformidat. *Cic. in Orat. Fingite animo imaginem* hujus conditionis meae. *ib.* Haec igitur omnia cum quaerimus quid deceat, *complecti animo & cogitatione* debemus. *id. in Off.* Miror quid *in mentem venerit* Theophrasto. *ib.* Vt esset *insitum* militibus nostris aut vincere aut mori. *ib. Secreta aestimatione pensabat. Curt.* Diu *animo in diuersa versato. id. Inter has cogitationes* biduo *absumpto. id. Ad* reparandas vires bellumque impigre renouandum *intendit. id Sera aestimatione perpendere. id.* Hoc parricidium cum *diu volutassent. id.* Olim *agitatum* scelus exequi statuunt. *id.* Lacedaemonii vetera, Macedones praesentia decora *intuebantur. id. Versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud*, vt solet, vbi prima quaeque damnamus, *subjiciente animo*; Haesitanti, quod ratio non potuit, fortuna *consilium subministrauit. id. Harum cogitatio subibat* exercitum. *id.* Sine arbitris *singula animi consulta pensando* noctem vigiliis extraxit. *id.* Male humanis ingeniis natura consuluit, quod plerumque non futura, sed transacta *perpendimus. id.* Magnitudinem facinoris *sera aestimatione perspexit. id.* Cum hostis vires suasque *pensaret. id. Variae hinc cogitationes inuicem animum diuersa agitantem com-*

commouerant. id. Cogitationes in bellum Indicum *vertit. idem.* Quod olim *mente conceperat, agitare* cœpit. *id.* Cum tanti periculi *imago oculis oberraret. idem.* Si munera fortunae *bene computo,* diu vixi. *id. Rei agitatae in animo meo* nunc promouendae occasio oblata est. *id.* Quam patiens amnis longarum nauium esset, anceps & *cœca aestimatione augurabatur. id.* Cum diu nunc in veneratione, nunc in desiderio Regis *haesissent. id. Has cogitationes voluentibus. id.* Nomen memoriamque Regis sui tantum *intuentes, ad* caetera *caligare. id.* v. *Considerare.*

COGNATUS. Qui sunt *genere proximi. Ter.* Quae quatuor, quanquam *inter se colligata atque implicita sunt. Cic. in Off. Propinqua cognatione conjunctus. Nep. In affinitatem peruenit* Imperatoris. *id. Qui proximus esset propinquitate. idem. Arcta propinquitate conjuncti. Curt. Longa quidem cognatione* regiae *stirpi annexum. id.* Darium *propinqua cognatione contingebat. id. Qui sanguine contigissent eos. idem.* Alexandrum etiam *longinqua cognatione contigerant. id. Sanguine conjunctus erat. id.* v. *Cohaerere.*

COGNOSCERE. Tota res non solum à me, sed etiam à senatu, à vobis *manifeste deprehenderetur. Cic. in Orat.* v. *Intelligere.*

COHÆRERE. Omnes artes, quae ad humanitatem pertinent, *habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur. Cic. in Orat.* v. *Cognatus.* it. *Pertinere &c.*

COHIBERE v. *Coërcere.*

COLLIGERE SE. *Resipisco. Ter. Respira. id. Animam recipe. id. Reprime* iracundiam atque *ad te redi.*

te redi. id. *Animus mihi redit* & cura *ex corde excessit*. id. Cum vix *ex* magno timore *se recepisset*. *Cic. in Orat. Respiraui*, liberatus sum. *ib.* Alleuabat Rex oculos & paulatim *redeunte animo* circumstantes amicos agnouerat. *Curt.* Multis ergo casibus defuncta, & post excidium renata, nunc tamen, longa pace cuncta *refouente*, sub tutela Romanae mansuetudinis acquieuit. *id.* Tandem *compotes sui* pariter arma & *animos recepere*. *id.* Ac ne longa quidem aetate, quae excidium ejus secuta est, *resurrexit*. *id.* *Recipiens spiritum* ac vocem. *id.* Vitali calore moto *membris aliquis redibat vigor*. *id.* *Paulatim mente collecta*. *id.* *Linquentem reuocauit animum*. *id.* v. *Spiritum ducere*.

Colloqvi. Nunquam hodie *tecum commutaturum* patrem vnum *esse verbum*. *Ter.* Tria non *commutabitis verba inter vos*. *id.* Omnis ratio & institutio vitae adjumenta hominum desiderat, imprimis vt habeas *quibuscum* possis familiares *conferre sermones*. *Cic. in Off.* *Remotis arbitris loqui* velle *cum eo*. *Curt.* Neminem *cum ipso sociare sermonem* ausurum. *id.* *Quae inuicem jactata erant*. *id.* Sine interprete non poterat *conseri sermo*. *id.* v. *Loqui*.

Comburere. v. *Ardere* it. *Incendere*.

Comitari. *Negat vnquam se à te* in Dejotari tetrarchia *pedem discessisse*: In primis finibus *tibi se praesto fuisse* dicit, vsque *ad* vltimos *prosecutum* --- *Eandemque assiduitatem tibi se praebuisse* postridie. *Cic. in Orat.* Magno suorum agmine delectis equitum peditumque *stipatus*. *Curt.* Quam, aegre fugam & noua subinde exilia tolerantem, in omne discrimen *comitem trahebat*. *id.* v. *Deserere*.

Com-

COMMENDARE. *Te isti* virum *do*, *amicum*, *tutorem*, *patrem*, bona nostra haec *tibi committo & tuae mando fidei*, hanc mihi in manum dat. *Ter.* Ego te in hac re mihi oro vt adjutrix sis, *te mihi patronam cupio*, Thais, te obsecro. *idem.* *Suffragata* domino, nouo homini, *ad consulatum* putabatur. *Cic. in Off.* Xenophilo arcis *cura mandata est*. *Curt.* Rex arcem Persepolis Nicarthidem *tueri* jubet. *idem.* v. *Committere.*

COMMILITO. *Domi vna eruditi*, militiae *contubernales*, post affines, *in omni* denique *vita familiares*; magnum etiam vinculum, quod *iisdem semper studiis vsi sumus*. *Cic. in Orat.* v. *Socius.*

COMMITTERE. Thais patri *se commendauit in clientelam*, & fidem nobis dedit, se &c. *Ter.* Cur *partes* seni Poëta *dederit*, quae sunt adolescentium. *id.* Si quae laboriosa est, *ad me curritur*; Sin leuis est, *ad alium defertur gregem*. *id.* Et me & meum amorem & famam *permitto tibi*. *id.* Est Cliniae ille seruus tardiusculus: Idcirco huic nostro *tradita est prouincia*. *Id.* *Huic mandes*, si quid *recte curatum velis*. *Id.* *Illi credunt* consilia omnia. *Id.* Itane te hinc abiisse & vitam tuam *tutandam aliis dedisse*? alios tuam *rem credidisti magis*, quam tete *animaduersuros*. *idem.* Seruone *fortunas meas* me *commisisse* futili. *idem.* Nunquam tam dices commode, vt tergum meum *tuam in fidem committam*. *id.* Et quisquam dubitabit, quin *huic* tantum bellum hoc *transmittendum sit*? *Cic. in Orat.* Si *vni omnia tribuenda sunt*, vnum dignissimum esse Pompejum, sed *ad vnum* tamen *omnia deferri* non oportere. *id.* *Vni* id bellum suscipiendum vestris suffragiis *detulit*, alter delatum

tum susceptumque confecit. *idem. Unum illum ex omnibus delegistis, quem* bello praedonum *praeponeretis, ib. Nobis* autem *personam imposuit ipsa natura* magna cum excellentia praestantiaque animantium reliquorum. *Id. in Off.* Nobis autem cum *à* natura constantiae, moderationis, temperantiae, verecundiae *partes datae sint. ibid.* Cujus erga ipsum beneuolentiae praeter alia hoc quoque haberet fortissimum pignus, quod caput suum *permisisset fidei* adhuc inexpertae. *Curt.* v. *Commendare.*

COMMODUS. v. *Utilis.* it. *Prodesse.*

COMMUNE, NON COMMUNE ESSE. Graeca *leguntur in omnibus fere gentibus*, Latina *suis finibus*, exiguis sane, *continentur. Cic. in Orat.* Hoc C. Caesaris judicium P. C. *quam late pateat*, attendite. *ib. Latissime patens* hominibus inter ipsos omnibus inter omnes societas haec est. *id. in Off. Rerum*, quas ad communem vsum natura genuit, *est seruanda communitas. ib.* Fideique bonae nomen existimabat *manare latissime*, idque versari in tutelis. *ib.* v. *Prouerbium esse.*

COMMUNICARE. *Quo minus à se — sumeres non recusauit. Cic. in Orat.* Multa vndique apportans, *multisque* sine vanitate *impertiens. id. in Off.* v. *Liberalis.*

COMPARARE. Ne *comparandus* hic quidem *ad illum est. Ter. Si conferendum exemplum est. idem.* Res gestas cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero praeliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec dissimilitudine bellorum posse *conferri Cic. in Orat.* Si, his rebus omissis, *ipsas causas*, quae inter se confligunt, *contendere*

velimus. *ib.* Similitudines *comparat* rebusque praesentibus *adjungit, atque annectit* futuras, facile totius vitae cursum videt. *id. in Off. Si contentio quaedam & comparatio fiat*, quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sunt patria & parentes. *ib. Ne minima quidem ex parte* Lycurgi legibus & disciplinae *conferendi sunt. ib.* v. *Similis.*

COMPENSARE. *Quod habui summum pretium persolui tibi. Ter.* Nunc *referam gratiam*, atque eas itidem fallam, vt ab illis fallimur. *id. Par pari referre. id.* Inueniam hodie *parem* vbi pol *referam gratiam. id.* Nunc tibi me certum est *contra gratiam referre*: vt *apud me praemium esse positum* pietatis *scias. idem.* Sapiunt mea quidem sententia, *pro* maleficio si *beneficium* summum nolunt *reddere. Id.* Idem hoc tibi, *quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. Id. Beneficium rursum ei* experimur *reddere. id.* Vt hanc *vicem* saeuitiae meae *reddas. Curt.* Ipse Rex, quod vigoris aegro adhuc corpori deerat, animi firmitate *supplebat. id.* Exigua thuris impensa tanta *beneficia pensaturi. id.* v. *Gratus* danckbar.

COMPETERE, NON COMPETERE. Hoc maledictum *minime in* illam aetatem *conueniret* -- Quod igitur facinus nec *in* hominem imprudentem *cadere* posset. *Cic. in Orat.* v. *Tribuere.*

CONARI. Hac non succesſit, alia *aggrediemur* via. *Ter.* Hoccine tam audax facinus *facere esse ausum. id. Accingar. id. Quid agam?* aut quid comminiscar? *ratio de integro ineunda est mihi. id.* v. *Agere.*

CONCEDERE. *Labascit, victus* vno verbo. *Ter.* Adeo res rediit, adolescentulus saepe eadem & graui-

uiter audiendo *victus est. id.* Videte quid *vobis largiar. Cic. in Or.* His -- *liberum de* Branchidis *permittit arbitrium. Curt.* v. *Negare.*

CONCILIARE. Pompejum nouo *reditu in gratiam quasi deuinctum. Cic. in Orat.* Hominum autem *studia ad* amplificationem rerum nostrarum *prompta ac parata* virorum praestantium sapientia & virtute *excitantur. Id in Off.* Quibus rationibus hanc facultatem assequi possimus, vt *hominum studia complectamur eaque teneamus. id.* Quonam modo hominum *studia ad vtilitates nostras allicere atque excitare* possimus. *ib.* Est alius quoque quidam *aditus ad* multitudinem, vt *in* vniuersorum *animos tanquam influere possimus. ib.* Filium Philippum accusat, quod largitione *beneuolentiam* Macedonum *consectetur. ib.* Qui has effusiones pecuniarum non admiremur, quae fiunt *ad* multitudinem *deliniendam. ib. Beneficiis adstringendos* homines. *ib.* Certisque *operis & officiis* erit, *quod violatum est compensandum. ib.* v. *Amicitiam facere, Beneuolus &c.*

CONCORDARE, CONCORDIAM COLERE. Cur non, Phormio, vides inter vos sic haec potius cum *bona* vt *componantur gratia*, quam cum mala. *Ter. Fugitans litium. id.* Dies compluſculos *bene sane conueniebat inter eas. id.* Cum *pacem esse cupiebas*, idne agebas, vt *tibi cum* sceleratis, an vt cum bonis ciuibus *conueniret? Cic. in Orat. Quos ex* multorum annorum *dissensione ad* hujus ordinis *societatem concordiamq; reuocatos* hodiernus dies *vobiscum* atque haec causa *conjungit.* Quam *conjunctionem* si, in consulatu *confirmatam* meo, *perpetuam* in Rep. *tenuerimus. ib.* Vniuersum pop. Rom. id quod in ci-

uili causa hodierno die primum videmus, *vnum atq; idem sentientem. ib. Inter se vna voluntate consentire. Nep.* Neque tamen *fluctibus ciuilibus se committeret*, quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis dedissent, quam qui maritimis *jactarentur. idem.* Se nunquam *cum* matre *in gratiam rediisse. id.* v. *Discordare.*

CONDISCIPULUS. v. *Commilito.*

CONFIDERE, CONFIDENTIAM EXCITARE. It. *Confidentiam excitandi formulae quaedam. Animo virili praesentique vt sis fac. Ter. Fac animo praesenti* haec dicas. *idem. Cura vt vir sis*, & cogita quem in locum sis progressus *Cic. in Orat. Adeste animis*, judices, *& timorem, si quem habetis, deponite. ibid.* Illa arma, centuriones, cohortes, *non periculum nobis, sed praesidium denunciant*, neque solum vt quieto, sed etiam *vt magno animo simus hortantur*: neque *auxilium* modo defensioni meae, verum etiam silentium *pollicentur. ibid.* Cui fidem habent, aut *quem bene rebus suis consulere arbitrantur. ib. Confirmato animo, quem* Perdiccae cunctatio *erexerat. Curt. Praeparatis ad* dimicandum *animis*, si quis vim inferret. *id. Ad* vanam *fiduciam elatum. id.* Edita in vulgus responsa rursus *ad spem & fiduciam erexere torpentes. idem.* Ea res ipsa militi *ad* persequendum hostem *animum incendit. idem. Ingens alacritas ac fiducia* paulo ante territos *accendit ad* praelium. *id.* Spes *languentes* quoque *erexerat. id. Nunquam infractos & abjectos recessisse*, quoties ipsius *alacritatem & tanti animi spiritus haurire* potuissent. *id. Vestras manus intueor*, vestram virtutem rerum, quas gesturus sum, *vadem praedemque habeo.* Quamdiu vobiscum

biscum in acie stabo, nec meos nec hostium exercitus numerauero, vos modo *animos mihi plenos alacritatis atque fiduciae adhibete. id.* v. *Fiduciam excitare.*

CONFIRMARE. Quo *piguore* fidem *obligaturi* essent. *Curt.* Meleager Regem monere non destitit, jus imperii Perdiccae morte *sanciendum* esse. *idem.* v. *Asseuerare.* it. *Probare.*

CONFLUERE. v. *Fluere.*

CONFUGERE. *Quem* amicum *inueniam* misera, aut cui consilia haec referam? aut *vnde mihi auxilium petam? Ter. Quo me vertam* nescio. *Cic. in Orat.* Quae spectat *ad nos* solos, neque aliud vllum potest *habere perfugium. Id. in Off.* Regum, populorum, nationum *portus erat & refugium* senatus. *ib.* Hortatur vt proxima quaeque *suffugia occuparent. Curt. Excepere* alios *tecta* Barbarorum, quae in vltimo saltu abdita necessitas inuestigauerat. *idem.* v. *Fugere.*

CONFUTARE. Quod tu speras, *propulsabo facile. Ter.* Pulchre mehercle dictum & sapienter, papae! *jugularas* hominem, *id.* Aut ea *refellendo* aut purgando vobis *corrigemus*, te judice ipso. *idem.* Quid enim horum *infirmari*, Gracche, potest? *Cic in Or.* Nunquam enim hic neque suo neque amicorum judicio *reuincetur. ibid.* Hominis non esset, in tanto discrimine & periculo ciues *refellere & coarguere* nostrum mendacium. *ibid. Crimen* parricidii, quod mihi objectum est, tua salus *diluet. Curt.* v. *Defendere.* it *Refutare.*

CONGREGARE. Omnia longinquarum gentium auxilia Babylonem *contrahi* jussit. *Curt. Colligere*

dispersos. idem. Praefectos copiarum *in* praetorium *contrahit*, signum tuba dari, vt ad regiam armati *coirent*, jubet. *id.* v. *Confluere.*

Conjicere. Nescio *quid* profecto *mihi animus praesagit mali. Ter.* Quantum *ex* ipsa re *conjecturam capimus. id.* Ego *de me facio conjecturam. id.* Ego haec *hariolor. id.* Multa in homine, Demea, signa insunt, *ex quibus conjectura facile fit. id.* Idque *conjectura perspicitis. id.* v. *Suspicari.*

Conjungere. Eademque natura vi rationis hominem *conciliat* homini & ad orationis & ad vitae societatem *Cic in Off.* Ejus autem *vinculum est* ratio & oratio, quae docendo, discendo, communicando, disceptando, judicando *conciliat inter se homines, conjungitque naturali quadam societate. ibid.* Se *dirempturos controuersiam* putauerunt, si cum honestate voluptatem, tanquam cum homine pecudem *copulauissent. ib.* Nec vero finis bonorum & malorum, qui *simplex esse debet, ex* dissimilibus rebus *misceri & temperari* potest. *ib.* v. *Socius.*

Conjurare. Data fide acceptaque perpulit, vt *occidendi* Regem *consilium secum iniret. Curt.* v. *Consultare.*

Conjux. Sororem germanam *habere in matrimonio Nep. Conjuges, quas* captis sors & necessitas *vnicum solatium applicuit. Curt.* v. *Vxorem dare.*

Conscius. Hunc tu *quas conscientiae labes in animo censes habuisse? quae vulnera? Cic. in Off.* In tertium diem insidias Regi comparatas, seque *ejus consilii* fortibus viris & illustribus *esse participem. Curt.* Vnde & parricidae & proditori tam alti quies somni? Scelerati *conscientia obstrepente* cum edormire

mire non possint, *agitant eos furiae*, non consummato modo, sed & cogitato parricidio. *id.* v. *Scire.*

Consentire. Summonuit me Parmeno ibi seruus, *quod ego arripui. Ter.* Ne *nos inter nos congruere* sentiant. *id. Annuo. id.* Mulier mulieri *magis congruit. id. Nostri* enim *sensus* vt in pace semper, sic tum etiam in bello *congruebant. Cic. in Orat.* Restat, vt *omnes vnum velint*, qui modo habent aliquid non solum sapientiae sed etiam sanitatis. *ibid. In eadem sententia futurus* fuerit, in qua fratres fuerint. *Quis est qui horum consensum conspirantem & pene conflatum* in hac prope aequalitate fraterna *non nouerit?* qui hoc non sentiat, *quiduis prius futurum fuisse, quam vt hi* fratres *diuersas sententias* fortunasque *sequerentur? ib.* De te autem, Catilina, cum quiescunt, *probant*, cum patiuntur, *decernunt*, cum tacent, *clamant. ib.* Causa est post vrbem conditam haec inuenta sola, *in qua omnes sentirent vnum atque idem. id.* Omnes ordines ad conseruandam Remp. *vna mente, voluntate & studio, virtute, voce consentiunt. id. Cujus sententiam* senatus omnis de salute mea grauissimam *secutus est. id. Illam* senatus non *sententiis* suis solum, sed etiam studiis *comprobauit. ibid. Minime assentior iis*, qui negant. *ibid. Ad hoc consilium* cum plerique *accederent. Nep.* Hujus cum *sententiam* plurimi essent *secuti. idem. Suffragium ferre. idem. Assensu accepere* caeteri hanc vocem. *Cur.* Illi quoque, qui aliud suaserunt, *in horum sententiam transeunt. id.* Deditionem *annuebat. id.* v. *Dissentire.*

Consequi. Ita *facillime* sine inuidia *inuenias* laudem & amicos *pares. Ter.* Vnde mihi *peterem* cibum.

bum. *id. Hos fructus pro* labore *ab his fero. Id. Ad quem* regnum vrbis hujus atque imperium *peruenire* esset necesse. *Cic in Orat.* Socrates *hanc viam ad* gloriam *proximam & quasi compendiariam* dicebat esse. *Id. in Off. Quae in manus meas peruenerunt. ib. Praemium* Regis occisi Asiam & totum orientem interfectoribus *esse concessurum. Curt.* Te *proximas* à nobis *partes vindicaturum. id.* v. *Impetrare.*

CONSERVARE. Solus omnem familiam *sustentat. Ter.* Mei patris bene parta *indiligenter tutatur. id.* Nobilissimam familiam, jam ad paucos redactam, *pene ab interitu vindicat. Cic. in Orat.* Tua salute *contineri* suam & *ex* vnius tui vitam *pendere* omnium -- Doleoque cum Resp. *immortalis esse debeat*, eam in vnius mortalis anima *consistere. ibid.* Quomodo autem tu de Rep. bene meritus esses, si tot sceleratos *incolumi dignitate esse voluisses. Id.* Homines nulla re ad Deos propius accedunt, quam *salute hominibus danda. id.* Multa sunt tuae clementiae monimenta, sed maxime eorum, *quibus salutem incolumitatemque dedisti. id.* Esse apud vos posterosque vestros in honore debet is dies, qui eandem hanc vrbem conditam *amplificatamque seruauit. ib.* Illud profecto perficiam, Quirites, vt ea, quae gessi in consulatu, priuatus *tuear atque ornem. Ibid. Ne quid de summa* Reip. *dignitate imminueretur. ibid.* Genus hoc vniuersum amantissimum est otii: etenim eorum omnium instrumentum, omnis opera ac quaestus frequentia eorum *sustineatur, alitur* otio. *ib.* Cogitate quantis laboribus fundatum imperium, quanta Deorum benignitate *auctas exaggeratasque fortunas* vna nox pene delevit. *ib.* Si & belli vtilitatem & pacis

pacis *dignitatem sustinere* vultis. *ibid.* Omnes tibi Reip. *partes aegras & labentes*, vt eas his armis *sanares & confirmares*, esse commissas. *ibid.* *Commoda* ciuium defendere, *non diuellere*, atque omnes aequitate eadem *continere*. *Id in Off.* Valetudo *sustentatur* notitia sui corporis & obseruatione, quae res aut prodesse soleant, aut obesse. *id.* Darii regno ipsorum *nitebatur* dominatio. *Nep.* Nolo meis impensis illorum *ali augerique* luxuriam. *id.* v. *Perdere.*

CONSIDERARE. *Fac apud te vt sis. Ter. Hoc tu facito cum animo cogites. id.* *Rem ipsam putemus. id.* Nunquam ita quisquam *bene subducta ratione ad* vitam *fuit. idem.* *Respice* aetatem tuam. *id.* Quae (iracundia) est *inimica consilio. Cic. in Orat.* Cum te *penitus recognoui id.* *Propone tibi* duos reges, *& id animo contemplare*, quod oculis non potes. *ib.* Mores erunt ejus *spectandi. id. in Off.* Quo quisque animo, studio, beneuolentia fecerit, *ponderandum est. ibid.* Cum omnia *ratione animoque lustraueris. ib.* Haec igitur & talia *circumspicienda sunt* in omni officio, & consuetudo exercitatioque capienda, vt *boni ratiocinatores* officiorum esse possimus, & addendo deducendoque videre, quae reliqui summa fiat; *ex quo*, quantum cuique debeatur, *intelligas. ibid.* Ingenii magni est, *praecipere cogitatione futura, & aliquanto ante constituere*, quid accidere possit in vtramque partem; & quid agendum sit, cum quid euenerit; *nec committere aliquid, vt aliquando dicendum sit*: NON PUTARAM. *Ibid.* Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximam, vtriusque *omnino ratio habenda est in* deligendo genere. *ibid.* *Cogitatio in* vero exquirendo

maxime versatur. ibid. v. *Cogitare.* it. *Meditari.*

Consiliarius. *Adhibuit sibi in consilium* quindecim principes, cum quibus *causas cognouit. Cic. in Off. Secretorum omnium arbiter. Curt. Princeps purpurratorum. id.* Secutus *consilii auctorem. idem. Qui consiliis ejus adhibeantur, coeant, quoties in commune consulto opus fuerit,* eoque, quod major pars eorum decreuerit, stetur. *id.* Proximisque amicorum *auctor fuit. id. Aderat in magnis rebus, ejusque consilio multum mouebatur,* nisi qua in re major ipsius cupiditas interceserat. *Nep:* Huic *in consilium dantur* duo *usu & sapientia praestantes,* quorum auxilio vtebatur. *id.* v. *Consulere.*

Consistere in aliquo. *In qua* sapientiam & prudentiam *ponimus. Cic. in Off.* De tribus autem reliquis latissime patet ratio, qua societas hominum inter ipsos & vitae quasi communitas *continetur,* cujus partes duae sunt, justitia, in qua virtutis *splendor est maximus. id.* Honestum illud, quod maxime natura sequitur, *in* factis *positum,* non in gloria judicat. *ib.* Virtus fere omnis *in* tribus *rebus vertitur. ibid.* v. *Tribuere.*

Consolari. *Reddidisti animum. Ter.* Vt *metum,* in quo nunc est, *adimam atque expleam animum gaudio. idem.* Pro se quisque sedulo faciebat, quo illam *mihi leniret miseriam. ib.* Diem *adimere aegritudinem* hominibus. *id. Illi animum jam releuabis,* quae *dolore ac miseria tabescit. id.* Hunc illo timore & fuga Tigranes Rex Armenius excepit, diffidentemque suis rebus *confirmauit, & afflictum erexit, perditumque recreauit. Cic. in Orat.* Sed me

recreat

recreat & reficit C. Pompeji ſapientiſſimi & juſtiſſimi viri conſilium. *ib.* Eſſe hanc vnam, quae breuitatem vitae poſteritatis memoria *conſolaretur. ibid.* Nunc me vna *conſolatio ſuſtentat. ib.* Oblectatio *quaeritur* animi, *requiesque curarum. Id. in Off.* Hortantibus amicis, vt *animum mœrore alleuaret. Curt.* Breuis deinde oratio *mitigauit dolorem. id. In* vnico filio *acquieſcebat* pater. *id.* Animi ſui magnitudinem *vnicum remedium deficientis* exercitus eſſe. *id.* v. *Dolere.*

CONSTANS. *Valeant, qui inter nos diſſidium volunt: Hanc niſi mors mihi adimet nemo. Ter.* Tibi generum *firmum* & filiae inuenies virum. *id* Nihilne eſſe *proprium* cuiquam? *Id. Eandem illam rationem antiquam obtines. idem. Non minuam meum conſilium.* Ex vſu quod eſt *perſequar. id.* Neque ille *hoc animo erit aetatem*; neque pol eadem ipſa aetate. *Id. Fac eadem vt ſis porro. id.* Magni cujuſdam animi & ejus viri eſt, quem *de ſuſcepta cauſa propoſitaque ſententia nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum poſſit depellere. Cic. in Orat.* Magno animo & erecto eſt, *nec vnquam ſuccumbet inimicis, ne fortunae quidem. idem.* Si & in vrbe & *in eadem mente permanent. Ib. In ſuſcepta* cauſa *firmiſſimus. ib.* Si vocem, ſi orationem *ſtabilem ac non mutatam* videtis. *ib.* Fortis vero animi & conſtantis eſt *non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici*, vt dicitur: ſed *praeſentis animi vti conſilio*, nec à ratione diſcedere. *id. in Off.* Vt aduerſas, ſic ſecundas res *immoderate ferre, leuitatis eſt: Praeclaraque eſt aequalitas in omni vita & idem ſemper vultus eademque frons. ibid.* In actiones omnemque vitam

vitam *nullam discrepantiam conferre* debemus. *ibid.* Catoni autem, cum *incredibilem tribuisset natura grauitatem*, eamque ipse *perpetua constantia roborasset*, *semper in proposito susceptoque consilio permansisset*. *ib.* In tota vita constituenda multo est ejus rei cura major adhibenda, vt *constare in vitae perpetuitate possimus nobismetipsis*, nec in vllo officio claudicare. *ibid.* Nihil est autem quod tam deceat, quam in omni re gerenda consilioque capiendo *seruare constantiam*. *Ib.* Vera gloria *radices agit atque etiam propagat*. *ibid.* Nunquam diu *eodem vestigio stare* fortunam *Curt.* Iidem paulo ante *incertae famae captauerant auram*, *vt quocunque pendentes animos tulisset fortuna*, *sequerentur*. *id.* Haud sane *temporum homo*, quippe *vltima pro fide experiri decreuerat*. *id.* Oro & obtestor, vt nobilitate vestra gentisque *dignos spiritus capiatis*: vt *eadem constantia animorum*, *qua praeterita toleraſtis*, *experiamini quidquid deinde fors tulerit*. *id.* Omnes *fortunae tuae comites*, & *in hoc tuo statu iidem*, *qui florente te fuimus*. *id.* *Penitus haerens* amor. *id.* *Neminem* metus spesue *mutabat*. *idem.* *Adeo pertinax* spes est, quam humanae mentes, quam ingentes concupiscentiae *deuouerunt*. *id.* Omnis multitudo, & maxime militaris, *mobili impetu fertur*. *id.* *Nullum profundum mare*, *nullum vastum fretum & procellosum tantos ciet fluctus*, *quantos* multitudo *motus habet*, vtique si noua & breui duratura libertate luxuriat. *id.* *Nec velle*, *nec nolle quidquam diu poterant*, *pœnitebatque modo consilii*, *modo pœnitentiae ipsius*. *id.* v. *Fidelis*. it. *Inconstans*.

CONSTERNATUS. *Conturbasti mihi rationes omnes.* *Ter.*

Ter. Qui hercle *vbi sit, nescit. ib.* v. *Perturbatus. Terrere.*

CONSTITUERE. *Imperaui egomet mihi* omnia assentari. *Ter. Ex* qua leges moresque *constituti*, tum juris aequa descriptio certaque viuendi disciplina. *Cic. in Off.* v. *Ordinare.*

CONSUETUDO EST, NON EST. Dum licitum est illi, dumque *aetas tulit. Ter. Mihi sic est vsu*: Tibi vt opus est facto, face. *id.* Quam multa injusta ac praua *fiunt moribus. idem. Vt nunc sunt mores, adeo res rediit. id. Morem antiquum atque ingenium obtines. id. Antiquum obtines. id. A consuetudine* criminandi *non multum res abhorrebat. Cic. in Orat.* Hoc aditu laudis non mea me voluntas, sed meae *vitae rationes, ab ineunte aetate susceptae*, prohibuerunt. *Cic. in Orat.* In nostra ciuitate *inueteraſſe jam à bonis temporibus*, vt splendor aedilitatum ab optimis viris postuletur. *Id. in Off. Mos est à majoribus traditus. Nep. Ita tradito more, vt* vix vllum militiae tam solenne esset munus, quam humandi suos. *Curt.* Olim *istum morem* occidendi cum sceleſtis insontes propinquos parentesque *solui. id.* v. *Assuefacere.* it. *Moris est.*

CONSULERE. Irrides in re tanta neque *me* quicquam *consilio adjuuas. Ter.* Natura tu *illi pater* est, *consiliis* ego. *Id.* Nec vero alienum est ad eligenda, quae dubitationum afferunt, *adhibere doctos* homines *vel etiam vsu peritos, & quid his de* vnoquoque genere officii *placeat, exquirere.* Vt enim pictores & ii, qui signa fabricantur, & vero etiam poëtae suum quisque opus à vulgo considerari vult, vt, *si quid reprehensum sit* à pluribus, *id corrigatur*; hique & *secum*

cum & cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic *aliorum judicio permulta nobis & facienda & mutanda & corrigenda sunt. Cic. in Off.* v. *Consiliarius.* it. *Suadere.*

CONSULTARE. Syrus *cum* illo vestro *consusurrat:* *Conferunt consilia* adolescentes. *Ter. Contra* cujus vitam *consilium facinoris iniisse* arguare. *Cic. in Or. In qua deliberatione ad* suam cujusque naturam *consilium est omne revocandum. id. in Off. Consilia capere. Nep. Consilia inire. id. Consilio habito. Curt.* Clam proditionis *consilio agitato. idem.* Omnia *in* bellum *consilia conuerterant. idem.* Ita suam quisque fortunam *in consilio habet*, cum de altero deliberat. *Id.* Etiamsi *consilium* fugae, *à qua multum abhorret animus, agitassem. id.* Remotis arbitris diu *aliud atque aliud consilium animo volutabat. id.* Se in praecipiti ac lubrico stantem *consilium à* praesenti necessitate *reperisse. idem. Secretum inire consilium. id.* Triduum consumpsit incerta *consilia voluendo. id. Communi consilio rationem* opprimendi regis *ineunt. id. Consilium* principum virorum *habuit. id.* v. *Consulere.*

CONTEMNERE. *Hujus non faciam. Ter.* Ego *flocci pendere. id.* Qui nisi quod ipse facit, *nihil rectum putat. Idem.* Quae tibi putaris *prima*, in experiendo vt *repudies. id.* Quam is *aspernatur* nunc *tam illiberaliter. idem. Id.* Praedicationem nobilitatemque *despiciunt. Cic. in Or. Pro nihilo ducant, id.* Gloriam *contemnant & pro nihilo putent. ibid.* Eamque *contemni & rejici* oportere. *Despicientia adhibenda est* rerum humanarum. *ibid. Despiciunt* autem *eos & contemnunt*, in quibus nihil virtutis, nihil animi,

animi, nihil neruorum putant. *id. in Off.* Totamque eam rem, quam ne audiuerant quidem, auctore Aristide, *repudiauerunt. ib.* Regnum *fastidire. Curt. Fastidio esse* patriam. *id.* Mihi quidem objicitur, quod societatem patrii sermonis *asperner*, quod Macedonum mores *fastidiam id. Cum ludibrio* credulitatis *repulsus sum. id.* Philippi res orsus *obterere. id.* Clytus *obterebat laudes ejus. id. Procacissime* patris tuae memoriae *illudunt. id. Contemptim* militarem *eludente* ferociam. *id.* Celebratam Macedonum fortitudinem *ad ludibrium recidisse. id.* Non suspectus erat Orsines, jam tamen *vilior. id.* Asiae & tot gentium spolia *fastidio sunt*, modo sub Philippo seminudis amicula ex purpura *sordent*, aurum & argentum *oculi ferre non possunt. id.* Se vero *ignominiose penitus rejectos* esse. *idid.* Hostibus nouum imperium *aspernantibus. id. Sordent* prima, cum majora quaeque sperantur. *id.* v. *Illudere.* it. *Negligere.*

CONTENDERE. Nescio quid *concertasse cum* hero. *Ter. De quibus inter se digladiari solent. Cic. in Off.* Non vino modo, sed etiam *animi praua contentione prouectus. Curt.* Jamque prope seditionem peruenerant, Nearcho *pernicacius tuente sententiam. id.* v. *Discordare.*

CONTENTUS, NON CONTENTUS. *Omnia habeo, neque quicquam habeo, nihil cum est, nihil defit tamen. Ter.* Ne tu propediem, vt istam rem video, *istius obsaturabere. Id.* Ita plerique ingenio sumus omnes, *nostri nosmet pœnitet. id.* Vel placati jam, vel *satiati* aliquando. *Cic. in Orat.* Ita perfectum est, vt omnes constituta concordia *sine querela discederent. Id in Off.* v. *Cupere.*

CON-

CONTINENS, INCONTINENS. *Continentiam ac moderationem*, in altissima quaque fortuna eminentia bona, *in superbiam ac lasciuiam vertit. Curt.* Haec *luxu & peregrinis infecta moribus* veteres Philippi milites, *rudis natio ad voluptates*, palam auersabantur. *Curt.* Veneris *intra naturale desiderium vsus, nec vlla nisi ex permisso voluptas. id.* v. *Modum seruare.*

CONTINERE. Omnes omnium charitates patria *vna complexa est. Cic. in Off.* v. *Interest.*

CONTRARIUS. *Pugnaret cum eo*, quod vtile videretur. *Cic. in Off.* Nunquam possit vtilitas cum honestate *contendere. ib.* v. *Dissimilis.*

CONTROVERSUS. Tantam causam, quanta nulla vnquam *in disceptatione versata est. Cic. in Or.* v. *Dissentire.*

CONTUMELIA AFFICERE. Continuae felicitati rerum ejus *imposuerunt labem. Curt. Non aliud magis in contumeliam* Persarum fœminae *accipiunt, id.* v. *Ignominiosus.*

CONVALESCERE. *Laxata vis morbi. Curt.* Vt vero medicamentum se diffudit in venas & sensim *toto corpore salubritas percipi potuit, primo animus vigorem suum, deinde corpus quoque* expectatione maturius *recuperauit. id. Viribus corporis receptis. id.* v. *Aegrotare.* it. *Morbo liberari.*

CONVENIRE, zusammen kommen. Populus *conuolat: tumultuantur, clamant, pugnant de loco. Ter.* Vt apum examina non fingendorum fauorum causa *congregantur*, sed *congregabilia natura* cum sint, fingunt fauos. *Cic. in Off.* Ad ejus triremem vul-

vulgus *confluereț*. *Nep.* Sed cum subinde hostis *affluereț*. *Curt.* *Concursu in* regiam *facto*. *id.* Legati ex omnibus terrae partibus Babylonem *confluxere*. *id.* v. *Congregare*.

CONVENIRE ALIQUEM. *Nunquam unum intermittit diem, quin* semper *veniat*. *Ter.* Nostra illico *it visere eam*. *id.* Vultisne *eamus visere*. *id.* v. *Colloqui*.

NON CONVENIT, es stimmet nicht überein. Ipsus tristis, de improuiso nuptiae? *Non cohaerent*. *Ter.* Quod non modo *à* consuetudine judiciorum, verum etiam à forensi sermone *abhorrebat*. *Cic. in Orat.* v. *Contrarius*.

CONVERSARI. *Una inter* nos *agere aetatem* liceat. *Terent.* Cum finitimis *commercii jure miscentur*. *Curt.* v. *Vinere*.

CONVICTOR. *Cibum* nonnunquam *capies cum* ea. *Ter.* v. *Edere*.

CONVINCERE. *Suo sibi hunc jugulo gladio*. *Ter.* v. *Confutare*.

CONVIVARI. Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeo, in hunc diem vt *de symbolis essemus*. *Ter.* Antiqua vt consuetudine *agitarem* inter vos libere *conuiuium*. *id.* Laeti omine eo *ad epulas dilapsi onerauere se vino, quo graues* orto sole nauigia conscendunt. *Curt.* *De die inibat conuiuia*. *id.* Cum *intempestiuis conuiuiis dies pariter noctesque consumeret*, satietatem epularum ludis interpolabat. *idem.* Barbara *opulentia conuiuium, quo* regem *accipiebat, instruit*. *idem.* Festo die *omni opulentia conuiuium exornari* jubet, *cui* — nobiles *adhiberentur*. *id.* Rex fortuitam licentiam non auersatus, *large ad epulas*

omnibus praebitis, per decem dies *Libero* patri *operatum habuit exercitum. id.* Inuitatis deinde ad epulas gentium regulis *exornari conuiuium* jussit. *idem.* v. *Ædere.* it. *Tractare bene.*

CORONARE. *Redimita coronis*, floribus. *Curt. Purpureum diadema* distinctum albo, quale Darius habuerat, *capiti circumdedit. idem.* v. *Magistratum constituere.*

CORRIGERE. Quae quidem tibi nunc omnia belli vulnera *curanda sunt*, quibus praeter te *mederi* nemo potest. *Cic. in Orat.* Quos si meus consulatus, quoniam *sanare* non potest, sustulerit. *ib.* Quae sanari poterunt, *quacunque ratione sanabo*, quae resecanda erunt, *non patiar ad perniciem ciuitatis manare. ib.* Singulis *medicinam* consilii atque orationis meae, si quam potero, *afferam. ib.* Vt ex tanta conjuratione, tantaque vi ac multitudine domesticorum hostium, nouem perditissimorum poena, Rep. conseruata, reliquorum *mentes sanari* posse arbitraretur. *ib. Facillime corriguntur* illi in discendo, quorum vitia imitantur *emendandi* causa magistri. *Id. in Off.* Qua hunc objurgatione, aut quo potius conuicio *à* tanto *errore* coner *auertere. ib.* Hujus *vitia* ineuntis adolescentiae *magnis sunt emendata virtutibus. Nep.* Filium *ad virtutem reuocare à* perdita luxuria. *id.* Propinquum *ad officium reduceret. id.* Satis prudens, otii *vitia* negotio *discuti. Curt.* Si pridie quicquam *ex* vetere *vita ac more mutassem. idem. Remedia insanabilibus* conor *adhibere. Omnem* hercule spem, *quam ex* vobis *conceperam, damno. idem.* v. *Emendare, Mutare, Restituere &c.*

CORRUMPERE. Voluptates, blandissimae dominae,

minae, saepe majores partes animi *à virtute detorquent. Cic. in Off. Peruertunt homines ea, quae sunt fundamenta naturae*, cum vtilitatem ab honestate sejungunt. *Ib.* Vetustos *peruertit mores. Nep.* v. *Perdere, Seducere.*

CRAPULAM EDORMIRE. *Ebrietate discussa. Curt.* v. *Ebrius.*

CREDERE, NON CREDERE. Nullane in re *esse homini cuiquam fidem? Ter. Non impulit me* haec nunc *omnino vt crederem*, atque *haud scio, an, quae dixit, vera omnia. Id. Propemodum habeo jam tibi fidem. id.* Forsitan hic *mihi paruam habeat fidem. id.* At *mihi fides apud hunc est*, nihil me istius factu-rum. *id.* Seni nostro *fidei nihil habeo. id.* Ipsum *id metuo vt credant*: tot *concurrunt verisimilia. idem. Quae dicis, omnia esse, vt dicis, animum induco. id.* Eo pacto *maxime apud te meo erit ingenio fides. idem.* Itane *paruam mihi fidem esse apud te? id.* Quanta haec mea paupertas est; tamen adhuc *curaui vnum hoc quidem, vt mihi esset fides. id.* Gabinii — calamitas *omnem* tabularum *fidem resignasset. Cic. in Orat.* Fore putabant, vt *in* exulcerato *animo facile fictum crimen insideret. ib.* Res *eos* jam pridem, *fides deficere* nuper coepit. *ib.* Scimus Romae solutione impedita *fidem concidisse. ib. Timuit ne videretur infirmior fides* reconciliatae gratiae. *ibid. Ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamus. Id. in Off.* Bella *fama constant*, saepe etiam, quod *falso creditum est, veri vicem obtinuit. Curt.* Hinc *ad* criminationem inuidorum *apertae sunt aures* Regis. *id.* Quanquam *autor leuis* erat, tamen *ad* deteriora *credenda proni. id.* Libertatem linguae *ab auribus credulis*

dulis remouere. idem. Praeceps est ad deteriora *credenda. id.* v. *Diffidere.*

CREDERE SE ALICUI. Seruon *fortunas meas* me *commisisse* futili? *Ter.* Nunquam tam dices commode, vt tergum meum *tuam in fidem committam. id.* His salutem nostram, his fortunas, his liberos *rectissime committi* arbitramur. *Cic. in Off.* Cujus erga ipsum beneuolentiae, praeter alia, *hoc quoque haberet fortissimum pignus*, quod *caput suum permisisset fidei* adhuc inexpertae. *Curt.* v. *Committere.*

CRESCERE. Sua sponte fortuitorum seminum *fruges humo nutriente. Curt.* v. *Augere.*

CRIMINARI. Vt coram his *probra*, quae modo *in me jeciſti*, modo audisti, illius quoque ore referantur. *Curt.* Gentis ejusdem leuissimos *falsis criminibus adstruxit, monitos*, tum demum *ea deferre*, cum ipse jussisset. Interim quoties sine arbitris erat, *credulas Regis aures implebat*, dissimulans causam irae, quo *grauior criminantis auctoritas* esset. *id.* Hinc ab eo subornati *falsis criminibus occupant aures. id.* v. *Accusare.* it. *Calumniari.*

CRUCI AFFIGERE. Quo *in crucem sublato. Curt.* v. *Punire.*

CRUCIARE. Hujusmodi mihi res semper comminiscere, vbi *me excarnifices. Ter. Differor doloribus. id.* v. *Affligere.*

CRUDELIS. *Nimis iracundam fuisse victoriam. Cic. in Orat.* Quid interest, vtrum *ex homine se conuertat* quis *in belluam*, an *in hominis figura immanitatem gerat belluae? Id. in Off. Barbara feritate saeuientium*, praecisis adustisque manibus. *Curt.* Cum per omnes ordines aetatesque victoris *crudelitas &*

licen-

licentia vagaretur. Id. Humanitatem dira superstitio *vicisset. id. Ferocia ingenia* non bellum modo, sed etiam veniae desperatio *efferauerat. id. Triste* deinde *spectaculum* victoribus *ira praebuit* Regis. Duo millia, *in* quibus *occidendis defecerat rabies. id.* Neque auaritia solum, sed etiam *crudelitas* in capta vrbe *grassata est. id.* Illi vt *fidem suam saeuitia* Regi *approbarent*, excruciatos necauerunt. *id.* Cœperat esse *praeceps ad praesentanda supplicia id.* Quousque *animo tuo per supplicia obsequeris? id.* v. *Immisericors.* it. *Tyrannus.*

CUNCTARI. *In* Pamphilo *nihil sit morae. Ter.* Nunc *per hunc nulla est mora. id.* Huic malo *aliquam producam moram. id. Dum haec* dicit, *abiit hora. id.* Nosti mores mulierum: *Dum moliuntur*, dum comuntur, *annus est. id.* Nihil est, illic quod *moremur diutius. id.* Ne *in mora nobis fiet. id.* Metui ne *haereret hic. id. Bellum producere. Cic. in Off. Callide tergiuersantur. ib.* In eo erat occupatus, vt bellum *quam diutissime duceret. Nep.* v. *Differre.* It. *Morari.*

CUNICULUS. *Agi cuniculos* jussit. *Curt. Facili ac leui humo acceptante occultum opus. id.* Pluribus *cuniculis muros subrui* jussit. *Id. Cuniculo suffossa mœnia* ingens nudauere spatium, per quod irrupit. *id. Perpetuus cuniculus iter praebet in* campos, ignotum, nisi indigenis. *id.* v. *Via, Viam facere.*

CUPERE. Repudiatus *repetor. Ter. Animum ad* vxorem *appulit. Id.* In mea vita tu *tibi laudem is quaesitum. idem.* Egone tuam *expetam* amicitiam? aut te visum aut auditum velim? *id.* Quo magis *libido* frustra *incendatur tua. id. Trahimur* omnes

laudis *studio*, & optimus quisque *maxime gloria ducitur*. *Cic. in Orat.* Gloriae te *esse auidissimum* -- non negabis. *id.* Iite *tuus animus nunquam his angustiis*, quas natura nobis ad viuendum dedit, *contentus fuit*, semperque immortalitatis *amore flagrauit*. *ib.* *Efflagitatus à* prouincia. *ibid.* Ipse *ardebat studio* illius belli. *ib.* Ibis tandem aliquando, *quo te* jam pridem *tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat*. *ib.* Furentem audacia, scelus *anhelantem*, pestem patriae nefarie molientem. *ib.* Ne patiantur *desiderio sui* Catilinam *miserum tabescere*. *ib.* Furore & scelere esse *inflammatos* sciebam. *ib.* Vberibus lupinis *inhiantem*. *ib.* Ad Italiam *studio inflammato raperetur*. *ibid.* Vnum ab omnibus sociis & ciuibus ad id bellum imperatorem *deposci atque expeti*. *ib.* Quoniam semper *appetentes* gloriae, *praeter caeteras* gentes, *atque auidi* laudis fuistis. *ib.* Eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non *exquirunt*, quam qui illam *efflagitant*. *ib.* Fortunis vestris *imminebat*. *ibid.* Fortes & sapientes viros non tam praemia *sequi* solere recte factorum, quam ipsa recte facta. *ib.* Cum vtilitas *ad se rapere*, honestas contra *reuocare ad se* videtur. *Id. in Off.* Omnes *trahimur & ducimur ad* cognitionis & scientiae *cupiditatem*. *Ibid.* Quibus rebus effectum est, vt *infinita* pecuniae *cupiditas esset*. Cum *in* imperiorum, honorum, gloriaeue *cupiditatem inciderint*, *ib.* Omnem morem Lacedaemoniorum *inflammatum esse cupiditate* vincendi. *ibid.* Vix inuenitur, qui, laboribus susceptis periculisque aditis, non, quasi mercedem rerum gestarum, *desideret* gloriam. *ibid.* Illae *nihil sentiunt, nisi* voluptatem, *ad eamque feruntur omni impetu*. *ibid.*

ibid. Si quis est paulo *ad* voluptates *propensior. ib.* Animalia, quae *habent suos impetus & rerum appetitus. ib.* Cumque aliqua his ampla & honesta res objecta est, *totos ad se conuertit & rapit. ibid.* Eas res spernit & negligit, *ad* quas plerique *inflammati auiditate rapiuntur. ib. Incensus* Canius *cupiditate. ib.* Omnes enim *expetimus* vtilitatem, *ad* eamque *rapimur, nec facere aliter vllo modo possumus.* Nam quis est qui vtilia *fugiat*? aut quis potius, qui ea *non studiosissime persequatur*? *Ibid.* Quae manus *mirabili flagrabat* pugnandi *cupiditate. Nep.* Cum consuetudine *ad* imperii *cupiditatem trahi* videretur. *id. Ad* patriam liberandam *omni ferebatur cogitatione. id.* Sin *aliqua cupiditate raperetur in* Macedoniam. *id.* Nisi qua *in* re *major ipsius cupiditas interfuisset. id.* Hunc tanta *cupiditate accendit* bellandi. *id. Cupido*, haud injusta quidem, caeterum *intempestiua incesserat. Curt.* Celebrata regia cognoscendae vetustatis *auidum trahebat* pene extra terminos solis. *id. Cupido incessit animo* sortis ejus explendae. *id. Ingens cupido animum stimulabat* adeundi Jouem. *id.* Immortalitatem *affectare contumacius. id.* Praedam opimam paratamque ipsum & milites ejus *spectare. id.* Bessus occidendi protinus Regis *impetum conceperat. id.* Minime mirum est, & *desiderium* quietis *& satietatem* gloriae *occurrere. id. Cupidine* visendi Regis *accensa. id. Medio cupiditatis ardore. id. Peruicax cupido incessit* visendi Oceanum. *id.* Auri argentique *studio teneri. id.* Strenuo alioqui *cupiditatem* consequendi transfuga *injecerat. id.* v. *Delectare.*

CUPIDITATIBUS OBSEQUI. Molestus certe ei

fuero, atque *animo morem gesſero? Ter.* Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum *frangi cupiditate*: nec qui *inuictum ſe à* labore *praeſtiterit, vinci à voluptate. Cic. in Off.* v. *Affectibus obſequi.*

CURARE, NON CURARE, ET, CURAM DEPONERE. *Animus in ſpe atque in timore* uſque antehac *attentus fuit*; Ita, poſtquam ademta ſpes eſt, *laſſus, confectus cura ſtupet. Ter. Quae res te ſolicitat* autem. *id.* Amici quoque *res eſt videnda in tuto vt collocetur. id.* Ego, quia non redit filius, *quae cogito? quibus nunc ſolicitor rebus? Idem. Curemus aequam vterque partem*, tu alterum, ego item alterum. *idem. Illum curo vnum.* Ille ad me attinet: Quando ita vult frater, *de iſtoc ipſe viderit. Id.* Quae agis *curae ſunt mihi. Id.* Is mihi eſt profecto ſeruus ſpectatus ſatis, cui dominus *curae eſt. id. Fuiſſet tum illud mihi aegre* aliquot dies: At non quotidiana *cura haec angeret animum. id. Ego* meorum *ſolus ſum meus.* Scio ita eſſe, & *iſtaec mihi res ſolicitudini eſt. id.* Tot *curis vigiliisque angeretur. Cic. in Or.* Non dubito, quin tuis literis — *ſe magis erexerit ab omnique ſolicitudine abſtraxerit*: Jubes enim eum ſperare & *bono eſſe animo. ib.* Nec *haerere in animis* hominum *ſolicitudinem* ſempiternam. *ib.* Me ipſum *vigilare, adeſſe, prouidere. id.* Video tribunos — *ab* expectatione ſortis *ad* communem ſalutem *eſſe conuerſos. Id.* Eſt mihi jucunda in malis, & grata in dolore veſtra erga me *voluntas*, ſed *eam* per Deos immortales quaeſo *deponite*, atque *obliti* ſalutis meae de vobis ac *de* liberis veſtris *cogitate. id. Conſulite* vobis, *proſpicite* patriae, *conſeruate* vos. *id. Incumbite ad* Reip. *ſalutem, circumſpicite* procellas omnes, quae

quae impendent, nisi *prouidetis. ib.* Quibus est à vobis & à moderatoribus Reip. *consulendum. ib.* Quorum vobis pro vestra sapientia, Quirites, *habenda est ratio diligenter. ib. Quod in* rebus honestis & cognitione dignis *operae curaeque ponetur. id. in Off. Est* enim *difficilis cura rerum* alienarum, quanquam Terentianus ille Chremes humani *nihil à se alienum putet. ibid. Magis ea percipimus atque sentimus,* quae nobis ipsis aut prospera aut aduersa eueniunt, quam illa, quae caeteris, *quasi longo interuallo interiecto videmus. ib. Major quaedam cura adhibenda est. ib. Tradet*que *se totum* Reip. neque opes aut potentiam *consectabitur,* totamque eam sic tuebitur, vt *omnibus consulat. ib. Omnes meas curas cogitationesque in eam conferebam. idem. Habenda* autem *est ratio* rei familiaris, quam quidem dilabi flagitiosum est. *ib.* Vitae & *saluti consulendum. ibid. Quantam curam diligentiamque adhibuerim -- nihilque reliqui feci, quod ad* sanandum me *pertineret. Nep. Cura frangebatur. id.* Primum *vestri curam agite,* deinde vestrorum. *Curt. Curis omnium ad* formandum publicum statum *à* tam solenni munere *auersis. idem.* Non tamen inuictum *animum curae obruunt. id. His cogitationibus animos exedebant. idem.* Vates varia interpretatione *curam distrinxerant. Curt. Ingentem omnibus incusserat curam* tam praeceps temeritas ejus. *id.* Quem *solicitudine intempestiua* amici sane fideles, sed noleste seduli, *turbant. idem. Solicitam* expectat[illegible]*e mentem turbauerant. id.* Gens bellicosa, & natura situs difficilis aditu, *curam* Regis *intenderat. id. Fiducia in solicitudinem versa* trepidare cœpit. *id. Laxa paulisper animum. Id. Exonerare animum solicitudine. idem.*

Vt primum instantibus *curis laxatus est animus. id.* v. *Dolere.*

CURIA. *Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, portum omnium* gentium, *sedem* ab vniuerso populo — *concessam vni ordini*, &c. *Cic. in Orat.* v. *Senatus.*

CURIOSUS. *In veri inuestigatione versentur. Cic. in Off. Cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum natura. ib.* v. *Cupere & Scire.*

CURRERE. Quos video *volitare* in foro. *Cic. in Orat.* Aut in festinationibus *suscipiamus nimias celeritates, quae cum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur, ora torquentur. id. in Off.* v. *Festinare.*

CUSTODIRE. It. CUSTODIENDUM DARE. Solus Sannio *seruat domi. Ter.* Quem lupo *commisisti. id.* Captiuos *diligenti asseruare custodia. Curt.* Nisi te *interceptum* milericors in nos fortuna *seruasset. id.* v. *Capere, Carceri &c.*

D.

DAMNARE. Vocis expectas contumeliam, cum sis *grauissimo judicio* taciturnitatis *oppressus. Cic. in Or.* Qui *morti addictus esset. Id. in Off.* A Dario *capitali supplicio destinatus* cohibebatur in vinculis. *Curt.* v. *Reus.*

DAMNUM PATI. Herus *damno auctus est. Ter.* Videret, ne quid resp. *detrimenti caperet. Cic. in Or.* v. *Nocere.*

DEBELLARE. Breui tempore aut viuum, aut mortuum Jugurtham se *in potestatem* populi Rom. *redacturum. Cic. in Off.* Qui *cum exercitu* populi Rom. populum ipsum Rom. *oppressit*, ciuitatemque non modo liberam, sed etiam gentibus imperantem

serui-

ſeruire ſibi coëgiſſent. Ib. Legionibus noſtris *ſub jugum miſſis*, pacem cum Samnitibus fecerant. *ibid.* v. *Domare.* it. *Vincere.*

DEBERE. Quorum *aes alienum contractum* in popina. *Cic. in Or. Oppreſſus aere alieno. ib. Premuntur aere alieno. Ib. In tantum aes alienum inciderunt*, vt, ſi *ſalui eſſe velint*, Sylla ſit iis ab inferis excitandus. *ib.* Qui jam pridem *premuntur*, qui *nunquam emergent*, qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam ſumptibus *in vetere aere alieno vacillant. ib.* v. *Soluere &c.*

DEBILITARE. Quo *fracto. Cic. in Off.* v. *Imbecillis, Domare.* it. *Perdere.*

DECERE, DEDECERE. Etſi hoc prauum inceptum, abſurdum atque *alienum à* vita mea videtur. *Ter.* Haec ego putabam eſſe omnia *humani ingenii manſuetique animi officia. id.* Nec juſtitiae ſuae putaret *eſſe. Cic. in Or.* Quod & aetati ſuae eſſet *aptiſſimum &* auctoritati meae *grauiſſimum. id. in Orat.* Vtrumque *alieniſſimum ab* odio, ſed fraus odio *digna* majore. *ibid.* Quo quidem *nihil eſt* naturae hominis *accommodatius. ib.* Hoc autem *tantum abeſt ab officio, vt nihil magis officio poſſit eſſe contrarium. ib. Illud eſt in officio*, vt ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur. *ib. Non eſt conſentaneum. ib.* Quod *conſentaneum* ſit *hominis excellentiae. ibid.* Eam, quae ab honeſtatis actionibus *non ſit aliena. ib.* Talis eſt igitur ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint *apta & inter ſe conuenientia. ib. Aptiora* eſſe naturae ea officia, quae ex communitate, quam ea, quae ex cognitione ducantur, *ib.* Idque etiam Reip. *eſt ornamento.*

mento. Ibid. Rebus, *à quibus abeſt turpitudo. ib. Contra officium eſt. ib.* Luxuria cum omni aetati *turpis*, tum ſenectuti *fœdiſſima eſt. ib.* Quae *multum ab* humanitate *diſcrepant. ib.* Quid eorum *apte fiat*, quid *ab officio naturaque diſcrepet. ib.* Quae *ſordidiſſima* quidem eſt ratio & *inquinatiſſima*, & iis, qui ea tenentur, & illis, qui ad eam confugere conantur. *ib.* Multa commemorarem *nefaria in* ſocios, ſi *hoc vno ſol quidquam vidiſſet indignius. ib. O turpem notam* temporum illorum! *ibid. Nihil rectum*, niſi quod ipſorum moribus *conueniat. Nep.* Ea pleraque noſtris moribus ſunt *decora. id. Abeſt à perſona* principis. *id. Haud ſecus, quam par erat*, motus. *Curt.* v. *Turpis.*

DECIPERE. v. *Fallere.*

DECOLLARE. Obluctanti *caput gladio dempſit*, quod relatum magna cum laude ante Regis pedes poſuit. *Curt.* v. *Interficere.*

DEDERE SE. *Armis poſitis, ad* Imperatorum *fidem confugiunt. Cic. in Off.* Ad praeſtitutum diem *permiſere ſe* Regi. *Curt.* Quidam *manibus hoſtium ſe obtulerunt. id.* Se gentem *in fidem dedere* ſuperatos virtute illius. Rex *fide data & captiuis receptis* gentem *in deditionem accepit. id.* Miſere legatos, qui pollicerentur, gentem *mandata facturam. id. Futurum ſe in* Regis *poteſtate* reſpondit. *id.* Vt tandem fugam ſiſteret victorisque Alexandri *clementiam expertus* placaret, quem effugere non poſſet. *id.* Per tot aetates inviolatam *libertatem illius* primum *fidei ditionique permiſſuros.* Deos ſibi *deditionis auctores*, non metum, quippe intactis viribus *jugum excipere. id.* Se Regis *poteſtati fideique permiſit. id.* Hic quoque *in fidem receptus*, multis exemplo fuit *experiundi*

clemen-

elementiam Regis. *id. Ditioni* Alexandri *se permittunt. Id.* Quin *validiori occupas gratiam dedisque te?* Vtcunque cesserit, *meliorem fortunam deditus, quam hostis, habiturus. id.* Dum nihil in commune consulitur, qui *deditioni imminebant, apertis portis hostem recipiunt. id.* v. *Expugnare.* it. *Potens &c.*

DEFATIGARE. Nulla est tam facilis res, quin difficilis sit, si inuitus facias, vel me haec deambulatio, quam non laboriosa, *ad languorem dedit. Ter.* Militis tui vel in agmine *deficientis & fatigati. Curt. Exhaustis* etiam *animi viribus*, in castra se recepit. *idem.* Omnes *fatigatione continuati laboris affecti. id.* v. *Alacris.* it. *Imbecillis.*

DEFENDERE. Aduersumme illum causam dicerem, *cui veneram aduocatus? Ter.* Nunquam me *pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes*, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus *objecissem. Cic. in Or.* Omnes non modo excubias & custodias, sed etiam *laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur. ib.* Tua quid aliud arma voluerunt, nisi *à te contumeliam propulsare?* Quid egit tuus ille inuictus exercitus, nisi vt *suum jus tueretur* & dignitatem tuam? *ibid.* Adolescentiaeque suae terrorem intulerit ei, cujus senectutem *tueri & tegere* debebat -- quibus *fines suos ab* excursionibus hostium & latrociniis *tueretur. ibid.* Videret, *ne quid* resp. *detrimenti caperet. id.* Coloniam meo jussu, meis *praesidiis, custodiis, vigiliisque esse munitam. ib.* Sublato illo, *depelli à vobis omne periculum* judicarem. *ib.* Dummodo *à vobis* hujus horribilis belli ac nefarii *periculum depellatur. ib.* Totius vrbis templis, delubris, tectis omnibus *subjectos prope jam ignes circumda-*

cumdatosque restinximus: Iidem *gladios in* remp. *districtos retudimus*; *mucronesque* eorum *à jugulis vestris rejecimus. ibid.* Erit igitur humanitatis vestrae, magnum eorum ciuium numerum *calamitate prohibere. ib. A* quo periculo *prohibete* Remp. *ib.* Omnes socios in vltimis oris auctoritate nostri imperii *saluos praestare* non poteramus. *ib. Pericula facile*, vt hominem praestare oportet, innocentia tecti *pellemus. ib. Ab inimicorum audacia telisque vitam* vt impune liceat *defendere. ib.* Cum *vi vis illata defenditur. ib.* Consuetudinem illius perpetuam *in vi inferenda*, hujus tantum in *repellenda. ib. Ejus furores, quos* nullis jam legibus, *nullis judiciis fraenare poteramus, hoc ferro & hac dextra à ceruicibus nostris repuli. ib.* Nullis *praesidiis septi. id. in Off.* Cum *prohiberet injuria tenuiores*, aequitate constituenda summos cum infimis *pari jure retinebat. ib. Pro omnibus* gentibus, si fieri possit, *conseruandis aut juuandis maximos labores molestiasque recipere. ib.* Suos qui non defendit, neque *injuriam propulsat à suis*, cum potest, injuste facit. *ib.* Potest autem illi imperio, quod *gloria* debet *fultum* esse *& beneuolentia sociorum*, vtile esse odium & infamia? *Ibid.* Montium *tegerentur* altitudine. *Nep.* Vnde *praesidio posset esse* suis ciuibus. Ex vrbe profugientes, *quantum potuit, texit. id.* Multos Tyriorum etiam *protegentes* ad sua perduxere nauigia. *Curt.* Modo Graecis *bellum* vltro inferebamus, nunc in sedibus nostris *propulsamus illatum. id. Custodiam corporis* tui externus & alienigena non deposcerem, si crederem alium posse *praestare. id.* Vt *ab incursione* barbarorum Partheniem *tueretur. id. Latus à* domesticis hostibus *muni.* Hos si *submoues*, nihil

metuo

metuo ab externo. *Id.* Quanquam vincti hominis non *superuacua* solum, sed etiam *irrita defensio* est, quae iudicem non docere videtur, sed arguere, tamen vtcunque licet dicere, *memet ipse non deseram, nec committam, vt damnatus etiam mea sententia videar. id.* Oxum amnem *velut murum obiecturum hosti*, dum ex finitimis gentibus *valida auxilia occurrerent. id.* Se *corpus ejus protexisse* clypeo suo, *ruentesque in illum sua manu occisos. id.* Anguſtias naturali situ munitas *valida manu* barbari *tuebantur. id. Vindex publicae libertatis. id. Suae seruit causae. id.* Perpetua lorica obducta transitum *sepserat. id.* Clypeo vndique *incidentia tela propulsans. id. Tu nos praestabis inuictos. id.* Vos modo *me ab intestina fraude & domesticorum insidiis praestate securum. id.* Quoties illum à morte reuocaui, quoties temere *in pericula vectum* perpetua felicitate *protexi*! *Idem. Firmiore praesidio vim propulsaturus*, si quis inferret. *id.* v. *Munire.* it. *Resistere.*

DEFICERE. Temeritas -- vbi primum impetum effudit, *velut quaedam animalia amisso aculeo, torpet. Curt.* Ad vltimum *temeritati non sufficit. id.* Praelium *jam elanguerat. idem.* Ignorabat causam *sua sponte pugnae remissae. id.* Tantoque cursu *corpora exhausta. id.* Consilium distulit Sogdianorum nunciata *defectio*, quae Bactrianos *quoque traxit. id.* v. *Defatigare.*

DEFORMIS. Nunc videtur tibi *fœdus. Ter.* Hic tantus vir, vt *naturam* fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic *maleficam nactus est in corpore*, exiguus & claudus altero pede, ea res etiam *nonnullam afferrebat deformitatem. Nep.* v. *Pulcher.*

DEGE-

DEGENERARE, NON DEGENERARE. *Acceptam à majoribus gloriam multis auxit virtutibus. Nep.* Cum Graeci *mores exoleuissent. Curt.* v. *Mutare.*

DEHORTARI. *Deduci de sententia* possunt. *Cic. in Or.* Quae (patria) quidem te *à* tanto scelere etiam muta *reuocare debuit. ib.* v. *Hortari.*

DEJICERE. Ingentis magnitudinis saxa per montium prona *deuoluunt*, quae *incussa* saepe subjacentibus petris *majore vi incidebant*, nec singulos modo, sed agmina *proterebant. Curt.* Elephanti vulneribus tandem defatigati suos *impetu sternunt*, & qui rexerant eos, *praecipitati in terram*, ab ipsis obterebantur. *id.* Occupatum complexu, pedibusque repente subductis, Dioxippus *arietauit in terram. idem.* v. *Cadere.* it. *Jacere.* it. *Praecipitare.*

DELECTARE. Non possum satis narrare, *quos ludos praebueris* intus. *Ter.* Suppeditat nobis, vbi & *animus* ex hoc forensi strepitu *reficiatur*, *&* *aures* conuicio defessae *conquiescant. Cic. in Orat.* An tu existimas -- *ferre* animos tantam posse *contentionem*, nisi eos doctrina eadem *relaxemus*? Si *ex his* studiis *delectatio sola peteretur*, tamen, vt opinor, hanc *animi remissionem humanissimam ac liberalissimam* judicaretis. *ib. Dulcedine* quadam gloriae *commoti. ib.* Mihi semper frequens conspectus vester *multo jucundissimus. ibid. Mouet oculos & delectat. id. in Off.* Videndi & audiendi *delectatione ducitur. ib.* Cum *relaxare animos & dare se jucunditati* volent, caueant intemperantiam. *ib.* Multitudinis leuitatem *voluptate quasi titillantium. ib.* Quod insit aliquid probi, quod *capiat* ignaros. *ibid.* v. *Recreare.*

DELI-

Deliberare. Quid *cum illo consilii capiet. Ter.* Cum intellexeras *id consilii capere. Id. Consilium* volo *capere una tecum. id.* Fruſtra egomet *mecum has rationes puto. id. Pectore consistere nihil consilii quicquam potest. id. Contra* cujus vitam *consilium* facinoris *iniisse* arguare. *Cic. in Or.* In qua deliberatione *ad* ſuam cujusque naturam *consilium est omne revocandum. id. in Off.* v. *Consultare.*

Delicatus. *Bene libenter vicitat. Ter.* v. *Voluptarius.* It. *Luxuriosus.*

Deliquium pati, It. ex deliquio ad se redire. *Linqui* deinde *animo* & ſubmitti genu cœpit. *Curt. Deficere* eam nunciat *& vix spiritum ducere.* Itineris continui labore animique aegritudine fatigata, inter ſocrus & virginum filiarum manus *collapsa erat. id. Inclinatum ac deficiens caput* clypeo pauliſper excepit, deinde *linquente spiritu* pariter ac ſanguine, moribundus in arma procubuit. *id.* Lacrymis deinde manantibus, *linquente animo, in eum, à quo tenebatur, incubuit. id.* Ceruix ejus ſaxo ita icta eſt, vt *oculi caligine offusa collaberentur. id.* Rector belluae regem conſpexit *fluentibus membris*, omiſſisque armis *vix compotem mentis. idem. Remisit arma, moribundo similis*, adeoque *resolutus*, vt ne ad vellendum quidem telum ſufficeret dextra --- Antequam vltimus *spiritus deficeret* -- Clypeo ſe alleuare conatus eſt, & poſteaquam *ad connitendum nihil supererat virium* -- *Nec sic potens quidem corporis* rurſus in genua procumbit -- Ingens vis ſanguinis manare cœpit, *linquique animo* Rex *& caligine oculis offusa veluti moribundus extendi. id. Velut omni vitae debito liberatus, fatigata membra rejecit*, propiusque adire

jussis amicis, nam & *vox deficere jam cœperat.* *Ibid.* Inter haec *liberius meare spiritus cœperat, alleuabat rex oculos, & paulatim redeunte animo, circumstantes* amicos *agnouerat.* *Laxataque vis morbi* ob hoc solum videbatur, quia *magnitudinem mali sentiebat.* Animum autem aegritudo corporis vrgebat. *idem.* v. *Spiritum ducere.*

DEMANDARE. v. *Jubere.*

DENEGARE. *Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier?* *Ter.* v. *Recusare. p. 257.*

DEPRECANDI FORMULÆ. Vnam *hanc noxiam mitte,* si aliam vnquam admisero &c. *Ter. Peccaui, fateor, vincor. Nunc hoc te obsecro, quanto tuus est animus* natu grauior, *ignoscentior, vt meae stultitiae in justitia tua sit aliquid praesidii. idem. Erraui, temere feci, pœnitet, ad clementiam tuam confugio, delicti veniam peto, vt ignoscas oro.* *Cic. in Or.* v. *Excusandi form.* it. *Ignoscere.*

DESCRIBERE. *Probe* eorum facta imprudens *depinxit* senex. *Ter.* Quam multas nobis *imagines,* non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum *expressas,* scriptores & Graeci & Latini *reliquerunt.* *Cic. in Or.* Quorum virtutes *literis proditae sunt. ibid.* Virtutum nostrarum *effigiem* multo malle debemus (*relinquere*) *summis ingeniis expressam & politam. ib.* Facilius intelligi, quam *explanari* potest. *id. in Off.* v. *Significare.*

DESERERE. Si is posset *ab ea se* derepente *auellere.* *Ter.* Aduentu tuo ista *subsellia vacua facta sunt.* *Cic. in Or.* Partem istam subselliorum *nudam atque inanem reliquerunt. ib.* Communis vtilitatis *derelictio* contra naturam est, *id. in Off. Nunquam*

quam à populariibus suis *recessurum. Curt.* v. *Fidelis.* It. *Relinquere.*

Desertum. Nondum tam *vastis nudisque solitudinibus* aditis, jam tamen *sterili & emoriente terra. Curt. Loca omni solitudine atque inopia vasta. Id. Vastas terras, deserta omnia* occurrere. *idem.* In hac *omnis humani cultus solitudine destitutus* exercitus. *id. Magnam* deinde *partem ejusdem terrae steriles arenae tenent.* Squalida siccitate *regio non hominem, non frugem alit. id.* Lucos quoque sacros non caedunt modo, sed etiam extirpant, vt *vasta solitudo & sterilis humus* excussis etiam radicibus linqueretur. *Id.* Nos *deserta & humano cultu vacua* magis, quam vrbes & opulentos agros sequimur. *id.* Sogdiana regio *majori ex parte deserta est*, octingenta fere stadia in latitudinem *vastae solitudines tenent. id.* v. *Solitarius.*

Desiderare. v. *Cupere.*

Desilire. *In* vrbem hostium plenam *praecipiti saltu semetipse immisit*, --- Sed forte *ita librauerat corpus, vt se pedibus exciperet. Curt.* v. *Praecipitare.*

Desinere. Dehinc vt *quiescant* porro moneo & *desinant. Ter. Rursum ad ingenium redit. id.* Quanto satius est te id operam dare, qui istum amorem *ex animo amoueas id.* Orandi jam *finem fac. id. Remittas jam* me onerare injuriis. *id. Mitte* male loqui. *id. Finem* maledictis *facit. id.* Solicitudinem istam falsam, quae te excruciat, *omittas. id.* Non tu *te cohibes?* non *te respicis? id.* Lacrymas *mitte. id.* Vtinam *hoc sit* modo *defunctum. id.* Hae *silescunt* turbae. *id.* Vitam duram, quam vixi vsque adhuc, *prope jam decurso spatio, mitto. id.* Herus suis *desi-*

ſtat litibus. *id.* Cupio miſera *in hac re jam defungier. id.* Tropaeis monumentisque tuis *nulla vnquam allatura ſit finem aetas. Cic. in Or.* Quid eſt enim omnino hoc ipſum diu, *in quo eſt aliquid extremum, quod cum venerit,* omnis voluptas *praeterita pro nihilo eſt,* quia *poſtea nulla futura* ſit? -- *Perfunctæ* reſp. *eſt* hoc miſero fatalique bello. *id.* Vt, vnde eſt orſa, *in eo terminetur oratio* mea. *ib.* Viuis, & viuis non ad *deponendam*, ſed ad confirmandam audaciam. *ib. Eum* non modo ingenium illud & dicendi exercitatio, qua ſemper valuit, ſed etiam propter vim ſceleris manifeſti atque deprehenſi, impudentia, qua ſuperabat omnes, improbitasque *defecit. ib. A* Pompejo *diſceſſit, ſpem infinitam perſequi noluit. ib.* Decora *relinquuntur*, agricultura *deſeritur*, mercatorum nauigatio *conquieſcit. ib.* Sica illa, quam à Catilina acceperat, *conquieuit. ib.* Vrbs *ab* armis ſine Milonis clade vnquam eſſet *conquietura. ib.* Agitatio mentis, quae *nunquam acquieſcit*, poteſt nos in ſtudiis & ſine opera noſtra *continere. Id. in Off.* Amicitias, quae minus delectent & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes *ſenſim diſſuere*, quam *repente praecidere. Ib.* Animaduertendum eſt etiam quatenus ſermo delectationem habeat, & vt incipiendi ratio fuerit, ita *ſit deſinendi modus. ib.* Ab augendis hominum vtilitatibus & commodis *non receſſerunt. ib.* Illae ſcilicet literae *conticuerunt. ib.* In quo tamen ipſo vna cum ſocietate *memoria quoque moriatur* voluptatis. *ibid. Intermiſſionem* eloquentiae, *ne dicam interitum, deplorarem. ib. Extinctis* oratoribus quam in paucis ſpes, quam in paucioribus facultas, quam in multis ſit audacia. *ib. A* pugna *diſceſſiſſet. Nep.* Si

qua

qua *intermoreretur* ignis *Curt.* Obsidionem *soluit. id.* Jampridem natiuus ille sermo commercio aliarum gentium *exoleuit. Id.* Si tormentis *adhibituri modum* essent. *idem.* Crederes imperatum, vt acies vtraque tela *cohiberet. idem. Mores* patrii nondum *exoleuerant. id.* Cum *animo* videretur *imperaturus*, si *finem* procaciter orto sermoni Clytus *imponeret. id.* Cum *finis* lacrymis querelisque *non fieret. idem.* Cœli *mitescente* saeuitia. *id.* Cito gloria *obsolescit* in sordidis hostibus. *id.* Abeunte illo, *conticuerat* magis, quam *languerat* militaris fauor. *id.* v. *Finem facere.*

DESPERARE. *Animus* in spe atque in timore vsque antehac attentus fuit, ita *postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet. Ter. Quanta de spe decidi! Id.* Nactus es ex perditis, atque *ab omni* non modo fortuna, verum etiam *spe derelictis*, conflatam improborum manum. *Cic. in Or.* Oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi *spem auferebat. Id. in Off.* v. *Sperare.*

DESTINARE. *Notat & designat* oculis ad caedem vnumquemque nostrum. *Cic. in Or. Descripsisti* vrbis partes *ad* incendia. *ib.* v. *Significare.*

DESTRUERE. Ponte *rescisso. Nep.* Africus vero prima quaeque congesta pulsu illisa mari *subruit, nec vlla tam firma moles est, quam non exedant* vndae per nexus operum manantes. *Curt.* Crebrisque fluctibus *compages operis* verberatae *se laxauere*, laxaque interfluens vnda *medium opus rupit. Prorutis* igitur lapidum *cumulis*, quibus injecta terra sustinebatur, *praeceps* in profundum *ruit*, tantaeque molis *vix vlla vestigia inuenit* ab Arabia rediens Alexander. *idem.*

Crebris arietibus saxorum *compage laxata munimenta defecerant. id.* v. *Vastare.*

DETEGERE. Remotis arbitris cum juuene secessit in templum, *arcana & silenda* se *afferre* praefatus; suspensumque expectatione per mutuam charitatem & pignora vtriusque animi rogat, vt affirmet jurejurando, quae commisisset, *silentio esse tecturum. Curt.* Nicomachum religione quoque Deum astrictum *conscientiam suam exonerare* properasse. *idem. Consilia nudare. id.* Si acta *vulgassent. id.* v. *Celare.* it. *Narrare, Prodere.*

DETERRERE. *Ad* quorum *pertinaciam mitigandam* Rex L equites praemisit, qui *clementiam ipsius in deditos, simulque inexorabilem animum in deuictos ostenderent. Curt.* v. *Dehortari.*

DIFFERRE, Aufschieben. Credo impetrabo, vt *aliquot* saltem nuptiis *prodat dies. Ter. In diem istuc,* Parmeno, *est,* quod minitare. *id.* Praesens quod fuerat malum, *in diem abiit. id.* Id opprimi *sustentanda ac prolatanda* nullo pacto potest. *Cic. in Orat.* Cur igitur *extraxisset biduum*, tanquam indicio haberet fidem. *Curt.* v. *Morari.* it. *Procrastinare.*

DIFFERRE, Unterschieden seyn. *Inter* hominem & belluam *hoc maxime interest. Cic. in Off. In* omni injustitia *permultum interest, vtrum &c. ibid.* Quae vult quidem videri se esse prudentiam, sed *abest ab ea distatque plurimum. ib.* Vt haec duo verba *inter se discrepare*, sed tamen *vnum sonare* videantur. *id.* v. *Dissimilis.*

DIFFICILIS. Haec dum incipias, *grauia sunt,* dumque ignores: vbi cognoris, *facilia. Ter. Hoc quoque magni operis. Curt.* Agendae rei *haud sane facilis patebat via. id.* v. *Facilis.*

DIFFI-

DIFFIDERE. Per ego te Deos oro, vt *ne illis animum inducas credere. Ter. Damnata* populariũm *fide, quam* per CC annos *inuiolatam* regibus ſuis *praeſtitiſſent. Curt.* v. *Credere.*

DILIGENS & AD DILIGENTIAM HORTANDI FORM. QVÆDAM. Vt eorum & in bellicis & in ciuilibus officiis *vigeat induſtria. Cic. in Off. Quod cum omnibus eſt faciendum*, qui vitam honeſtam ingredi cogitant, *tum haud ſcio an nemini potius, quam tibi.* Suſtines enim non paruam expectationem *imitandae induſtriae*, magnam honorum, nonnullam fortaſſe nominis. Suſcepiſti onus praeterea graue & Athenarum & Cratippi, ad quas cum tanquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus, *inanem redire turpiſſimum eſt, dedecorantem* vrbis *auctoritatem & magiſtri*; Quare *quantum conniti animo potes, quantum labore contendere*, ſi diſcendi labor eſt potius, quam voluptas, *tantum fac vt efficias, neue committas, vt* cum omnia ſuppeditata ſint à nobis, *tibi defuiſſe videare. ibid.* v. *Ignauus, Studioſe agere.*

DIMITTERE, & DIMITTENDI F. Ego *hunc amouebo. Ter.* Quae *quantum poteſt aliquo abjicienda eſt*, ſi non pretio, gratiis. *id.* Proinde *hinc vos amolimini*: nam mihi impedimento eſtis. *id.* v. *Abire.*

DISCEDERE. *Ab eorum oculis aliquo concedere. Cic. in Orat.* v. *Abire.*

DISCERE. *Praeceptorum plenus* iſtorum ille. *Domi habuit vnde diſceret. Ter.* Sic à ſummis hominibus eruditiſſimisque *accepimus*, caeterarum rerum *ſtudia & doctrina, & praeceptis, & arte conſtare. Cic. in Or. Ex quo fonte hauriam* ſentio, nam niſi *multorum praeceptis multisque literis mihi* ab adoleſcentia

suasissem &c. ib. Te, Marce fili, annum jam audientem Cratippum, idque Athenis, *abundare* oportet *praeceptis institutisque* Philosophiae. *Id. in Off.* Ipse ad meam vtilitatem *semper cum Graecis Latina conjunxi. ib.* Vt non modo Graecarum *literarum rudes*, sed etiam docti se *aliquantum* arbitrentur *adeptos* & ad dicendum & ad judicandum. *ib. Disces quam diu voles, tam diu autem velle debebis, quoad Te, quantum proficias, non pœnitebit. ibid. E fontibus eorum* judicio arbitrioque nostro, *quantum quoquo modo videbitur, hauriemus. ib.* Quidam nimis *magnum studium, multam operam in res* obscuras atque difficiles *conferunt*, easdemque non necessarias. *ib.* Quamuis artis *praecepta perceperint. ib.* Quae res *languorem afferunt* caeteris, *illum acuebant*, otium & solitudo. *ib.* Sic ab hominibus doctis *accepimus. ib.* Suscepisti onus praeterea graue & Athenarum & Cratippi, ad quos cum tanquam *ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est. ib.* Quae & *ingenii bonitate assequantur & progressione discendi. ibid* Erat in puero praeter *docilitatem ingenii* summa suauitas oris ac vocis, vt non solum *celeriter arriperet*, *quae tradebantur*, sed etiam excellenter pronunciaret. *Nep.* v. *Docere.*

Discordare. *Secessionem* tu illam existimauisti, Caesar, initio, *non bellum*: *non* hostile *odium*, *sed* ciuile *dissidium*: vtrisque cupientibus remp. saluam, sed partim *consiliis*, partim *studiis* à communi vtilitate *aberrantibus. Cic. in Or. Orta seditio in diuersa consilia diduxerat* vulgum. *Curt. Discordes & vetera odia retractantes. id.* Primum *collegere* vires, deinde *disperserunt*, & cum pluribus corpus, quam capiebat, onera-

oneraſſent, caetera *membra deficere cœperunt*, quodque *imperium* ſub vno ſtare potuiſſet, *dum à pluribus ſuſtinetur, ruit. Id.* Cum ſine ſuo capite *diſcordia membra trepidarent. id. Spreto* magis *imperio*, vt fere fit, vbi *turbatis acrius metus*, quam dux *imperare cœpit, totidem erant imperatores quot agmina errabant*, alius jungere aciem, alius diuidere, ſtare quidam & nonnulli circumuehi tergâ hoſtium jubebant, *nihil in medium conſulebatur. id.* v. *Contendere.* it. *Diſſentire.*

Dispellere. Concionem gladiis *diſturbari. Cic. in Orat.* v. *Fugare.*

Displicere. v. *Placere.*

Disputare. v. *Controuerſus.* it. *Diſſentire.*

Dissentire. Haec fratri *mecum non conueniunt*, neque placent. *Ter. Diuerſae voluntates* ciuium fuerunt *diſtractaeque ſententiae.* Non enim *conſiliis* ſolum *& ſtudiis*, ſed armis etiam & caſtris *diſſidebamus. Cic. in Or.* Languidiore credo ſtudio in cauſa fuiſtis — *animi* vero *à cauſa abhorrebant. ib.* In quo conſiderando ſaepe *animi in contrarias diſtrahuntur ſententias. id. in Off.* Se *abhorrere à caeterorum conſilio. Nep.* v. *Diſcordare.*

Dissimilis. Dii immortales! homo homini quid praeſtat, ſtulto intelligens *quid intereſt? Ter. Nimium inter vos*, Demea, ac non quia ades, praeſens dico hoc, *pernimium intereſt. id. Neque vlla re longius abſumus à* natura ferarum. *Cic. in Off.* Temeritatem, quae à ſapientia *diſſidet plurimum. ibid.* v. *Differre.* it. *Similis.*

Dissimulare. Cum *in animis* hominum *tantae latebrae* ſint, *tanti receſſus. Cic. in Or.* Haud facile

dixerim, crediderítne ei Rex, an *altius* iram *suppreſſerit. Curt.* Indignatione *preſſa. id.* Quae equidem, milites, quamdiu licuit, *in animo preſſi. Id.* Dolorem Rex *preſſit. id. Alta diſſimulatione* conſilium *premebat*, vt opprimeret incautum. *id.* v. *Celare.*

DISSITUS. *Terras, quas natura longe ſubmouerat. Curt.* v. *Procul.*

DISSONARE. Jubebantur ſuo ritu canere *inconditum & abhorrens* peregrinis *auribus* carmen. *Curt.* v. *Differre*, unterſchieden ſeyn.

DISSVADERE. Cum vtilitas *ac ſe rapere*, honeſtas contra *ad ſe reuocare* videtur. *Cic. in Off.* Nos à bello *auocas. Nep.* v. *Suadere.*

DISTINGVERE. Totum quidem illud eſt cum virtute *confuſum*, ſed *mente & cogitatione diſtinguitur. Cic. in Off.* v. *Differre* unterſchieden ſeyn.

DIVES, it. DITARE. Omnes te *in lauta ac bene aucta parte* putant. *Ter. Eſt Diis gratia vnde haec fiant. id. Dis* quidem *eſſes ac tuam rem conſtabiliſſes. id. Cui tanta erat res & ſupererat. id.* Domicilia Regis *omnibus rebus ornata atque referta. Cic. in Or. Tantum* in aerarium *pecuniae inuexit. id. in Off.* In *omnium rerum affluentibus* copiis. *ibid. Abundantem* omnibus copiis. *ib.* Tot annorum *incredibili ac fidem excedente fortuna cumulata. Curt. De paupertate ſecurus ſum. id. Omni copia rerum abundare. id.* Multi Reges *tantas opes* longa aetate *cumulauerant* liberis poſterisque. *id.* Hujus vrbis *diuitiae vicerunt* praeterita. *id.* Cum Bactra pateant, excepturа eos donis & *opulentia, quantam animis concipere non poſſint. id.* Macedones inuictos caeteris, nec *auro* quidem *vinci. id.* Quibus inter populares aut nobilitas,

litas, aut *opes eminent. id. Diuitiis inter* barbaros *eminere. id.* Opimam praedam fore *celebratasque opes* in ea regione *eminere*, quam peterent. *Opes & à majoribus traditas habebat, & ipse* longa imperii possessione *cumulauerat. id.* v. *Abundare.*

DIVERSORIUM. In domo clari hominis, *in qua & hospites multi recipiendi, & admittenda hominum cujusque generis multitudo*, adhibenda est cura laxitatis. *Cic. in Off.* v. *Hospitalis.*

DIVIDERE. Cum propter vagum hostem *spargenda* manus esset, *in* tres *partes diuisit* exercitum. *Curt.* Menses in quinos denos *descripserant* dies. *id.* v. *Ordinare.*

DIVULGARE. Quod *edebatur in vulgus. Curt.* v. *Narrare.*

DOCERE, it. DOCTUS. Quod illos sat aetas *acuet. Ter.* Prior amor *me ad hanc rem exercitatum reddidit. id. Praeceptorum plenus* istorum ille. *id.* Neque vlla officii *praecepta firma, stabilia, conjuncta naturae tradi* possunt. *Cic. in Off. Neque solum viui atque praesentes* studiosos discendi *erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem, monumentis literarum assequuntur. ibid.* Quibus obsoletis, *floret* Epicurus, *ejusdem fere adjutor auctorque sententiae. ibid.* Nosque ipsi quicquid ad Remp. attulimus, si modo quid attulimus, *à doctoribus atque doctrina instructi* ad eam *& ornati* accessimus. *ibid. Omnibus artibus studiorum liberalium exculti. Curt.* v. *Discere.*

DOLERE. Mortem hujus *tam fert familiariter. Ter. Bidui* aut tridui *haec solicitudo. id. Ex* ea nunc misera *quem capit dolorem. id.* Sed quid ago? *cur*

me

me excrucio? cur me macero, aut meam senectutem hujus *solicito* amentia? *id. Ne te afflictes. id. Ne crucia te* obsecro, anime mi. *id. Quid te ergo solicitat? id.* Vt fit, vbi *quid in animo est molestiae. id. Animo fere perturbato atque incerto prae aegritudine. Id. Solicitudinem* istam falsam, *quae te excruciat, omittas. id. Dolore ac miseria tabescit. id.* Dic mihi an *dolor repente inuasit. id. Fuisset tum illud mihi aegre* aliquot dies, at non *quotidiana cura haec angeret animum. id.* Aliis, quia desit, quod amant, *aegre est, tibi*, quia supersit, *dolet. id.* Antipho *me miserum excruciat animi. id.* Neque Antipho alia cum *occupatus esset solicitudine. id. Dolebam*, P. C. *ac vehementer angebar. Cic. in Orat.* Quanto tandem illum *moerore afflictum esse & profligatum* putatis. *ib. Tantus* illorum temporum *dolor iustus est* ciuitati. *ib.* Nec tantum *moerorem ac luctum* Senatui *mors* P. Clodii *afferebat. Ib. Quis tum non gemuit? quis non arsit dolore? ib.* Clodii mortem *aequo animo* nemo *ferre* potest: *luget* Senatus: *moeret* equestris ordo: tota ciuitas *confecta senio est*: *squalent* municipia: *afflictantur* coloniae, agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum ciuem *desiderant. ibid.* Nec *me angoribus dedidi*, quibus essem *confectus*, nisi *iis restitissem. id. in Off.* Theseus *in maximis fuit luctibus. ib.* Nullum vnquam, judices, *mihi* tantum *dolorem inuretis. ib. Accepit grauissimum* parens *vulnus. Nep. Tantum indulsit dolori. idem.* Illius *moerore confectae. Curt. Dolorem non mouerat. id.* Rex omissi ejus *desiderio vehementer afflictus est. id.* Regem non *dolor* modo, sed etiam pudor temere in illas angustias conjecti exercitus *angebat.*

gebat. id. *Hoc vno torqueor.* id. *Recruduit sopora-tus dolor.* id. *Mœstum* Regem alius *haud leuis dolor excepit.* idem. *Grauiter* mortem ejus *tulit* Rex. *Id.* Regem quoque desperatio salutis *aegritudine affecerat.* id. *Non jam amplius conceptum animis dolorem perferre potuerunt.* id. v. *Curare.* it. *Misereri.*

DOMARE. Id *opprimi* sustentando ac prolatando nullo pacto potest. *Cic. in Or.* Quem C. Laelius, is qui sapiens vsurpatur, praetor *fregit & comminuit, ferocitatemque ejus ita repressit, vt* facile bellum reliquis traderet. *id. in Off.* Tempore, milite opus est, dum *mitioribus ingeniis imbuuntur, & efferatas mollior consuetudo permulcet. Curt.* v. *Subditum facere.* it. *Vincere.*

DOMINARE. *Regnumne, Æschine, tu hic possides? Ter.* v. *Imperare.*

DONARE. *Hic bonam magnamque partem ad te attulit. Ter.* Ei *dono data est.* Metuet semper, quem ipsa nunc capit *fructum*, ne quando tu iratus *alio conferas.* id. Disciplina est iisdem *munerarier* ancillas primum, ad dominas qui affectant viam. *id.* Egone mea bona vt *dem* Bacchidi *dono*? sciens non faciam. *id. Nihil apud me tibi defieri patiar, quin,* quod opus sit, *benigne praebeatur.* id. Jubere *ei praemium tribui. Cic. in Orat.* Martis manubias Musis *consecrare. ib.* Vestris *beneficiis amplissimis affectus. ib.* Populi grati est *praemiis afficere* bene meritos de Rep. ciues. *ib.* Quas enim copias his & *suppeditari* aequius est *& relinqui*, eas *transferunt ad* alienos. *id. in Off.* Saepe idoneis hominibus indigentibus *de* re familiari *impertiendum. ib. Muneri dare. Nep. Magnis muneribus afficere.* id. *Pecunia subleuare.* id. Regiam

giam supellectilem *attribui ei* jussit. *Curt. Id quemque habiturum, quod* proximae lucis *assignatura fortuna esset. id. Quas* vna hora *in* externi Regis *manus intulit. id.* E queis XII. talentum millia *in* congiarium militum *absumpta. id. Praemiis oneratus est. id.* Cum omnes amicos Regis *donis super ipsorum vota coluisset*, Bagoae spadoni, qui Alexandrum obsequio corporis deuinxerat sibi, *nullum honorem habuit. id.* v. *Beneficus.*

DORMIRE. Interea *somnus* virginem *opprimit. Ter. Somnum* hercle ego hac nocte *oculis non vidi meis. Id.* Africano domi suae *quiescenti. Cic. in Or. Somno sopitus est. Nep.* Nec *somnum capere*, nec *quietem perpeti* poterat. *Curt.* Tandem grauatum animi anxietate corpus *altior somnus oppressit. Idem.* Non *somno quiescere*, sed pauore *marcere* credebant. *id.* Illum siue securitate animi, vel *fatigatione resolutum, somnus oppresserat. id. Graui sopore acquiescebam*, cum me *malis indormientem meis* inimici vinciendo *excitarunt. id. Unde* & patricidae & proditori *tam alti quies somni? id.* v. *Somniare.* it. *Vigilare.*

DUBIUS, DUBITARE. Dum *in dubio est animus*, paulo momento *huc illuc impellitur. Ter. Mihi* vnus *scrupulus* etiam *restat, qui me male habet. id. Nodum in scirpo quaeris. id.* Estne haec Thais, quam video? ipsa est, *haereo. id.* Clitipho cum spe *pendebit animi. id. Animus tibi pendet. id. Incertum est quid* agam, quia praeter spem atque incredibile hoc mihi obtigit. *id. In id redactus sum loci, vt quid agam* cum illo, *nesciam. id. Injeci scrupulum homini. id.* Cum esset *incertus* exitus & *anceps* fortuna belli.

belli. *Cic. in Orat.* Beneficium tuum *in dubium vocari. ib.* Fit vt *distrahatur in deliberatione animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. id. in Off.* Non sumus ii, *quorum animus vagetur errore, nec habeat vnquam quid sequatur. ib.* Dicit ille quidem multa multis locis, sed *aqua haeret*, vt ajunt. *ib.* Alterum *potest habere dubitationem. ib.* Ingentem animo solicitudinem literae incusserant, *& quicquid in vtramque partem* aut metus aut spes *subjecerat*, secreta aestimatione pensabat. *Curt. Inter* spem & desperationem *haesitat. id. Versabat se ad omnes cogitationes. id. Anceps* & coeca aestimatione *augurabatur. id. Fluctuare animo* Rex. *id.* Cum & progredi arduum, & reuerti periculosum esset, *versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud*, vt solet, vbi prima quaeque damnamus, *subjiciente animo. Haesitanti*, quod ratio non potuit, fortuna consilium subministrauit. *id. Haesitare inter* reuertendi fugiendique *consilium id. Haerebat inter* cupiditatem pudoremque, & quo modestius, quod appetebat, expectaret, peruicacius oblaturos esse credebat. *idem* v. *Certus.* it. *Scire.*

Durare. Tua justitia & lenitas animi *floreſcet quotidie magis*, ita vt, *quantum* operibus tuis *diuturnitas detrahet, tantum afferat* laudibus. *Cic. in Orat.* Ne *in lucem* conuiuium *extraheretur. Curt.* v. *Perseuerare, Nomen immortale consequi.*

E.

Ebrius. At at! data hercle verba mihi sunt; *vicit vinum, quod bibi*, ac dum accubabam, quam videbar mihi esse *pulchre sobrius*: postquam surrexi, *neque pes, neque mens satis officium suum facit. Ter.*

Vini

Vini *plenum. Id. Graues vino* suas vires extollere. *Curt. Graues epulis* & somno. *id.* Solenni & tempestiuo adhibetur conuiuio, in quo Rex cum *multo incaluisset mero. id.* Super cœnam *largiore vino vsus. id.* Mille hercule viri, modo *sobrii*, septem dierum *crapula graues* in suo triumpho capere potuerunt. *id.* v. *Bibere.* it. *Conuiuari*, & *Inebriare.*

ECHO. Saxa & solitudines *voci respondent. Cic. in Orat.* Jugis montium vastisque saltibus *repercussus.* Quippe semper circumjecta nemora petraeq; *quantamcunque accepere vocem, multiplicato sono referunt. Curt. Redditus à* Persis *clamor* nemora vallesque circumjectas terribili *sono impleuerat. id.* v. *Respondere.*

EDERE. Ego jam prospiciam mihi, nam jam adibo atque *vnumquodque, quod quidem erit bellissimum, carpam. Ter. Cibus, quem occupant, satiat. Curt.* Pecorum aut ferarum *carne vescuntur. id.* In quarum penuria milites fluuiatili pisce & herbis *sustinebantur. id.* Jumentorum carne *traxere vitam. id. Cibum capere. id.* v. *Conuiuari.*

EDUCARE. *Eduxi* à paruulo. *Ter.* Pudore & liberalitate liberos *retinere* satius esse credo quam metu. *idem.* v. *Docere.*

EFFICERE. Praesens quando *promoueo parum. Ter.* v. *Agere.*

EFFUGERE. *Abiit, excessit, euasit, erupit. Cic. in Orat.* v. *Fugere.*

EGERE. Facile apparent, nec *magnopere* admonitionem & praecepta *desiderant. Cic. in Orat.* v. *Abundare.*

EJICERE. Multam arenam vicinum mare *euomit. Curt.* v. *Expellere.*

ELI-

ELIGERE. A quibus regi velitis, *destinate. Curt.* *Summam imperii ad* Perdiccam *deferri. id.* v. *Magistratum constituere. 177.*

ELOQVENS Hic actor *tantum poterit à facundia. Ter. Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi aut scribendi tanta vis tantaque copia, quae, non dicam exornare, sed enarrare,* C. Caesar, res tuas gestas possit. *Cic. in Or.* Quantum *dicendi grauitate & copia valeat, in quo ipso inest dignitas quaedam imperatoria,* vos, Quirites, hoc ipso in loco saepe cognostis. *Ib.* Multa *pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi* & in senatu contra virum fortem A. Gabinium *grauiter ornateque dixisti* — & ex hoc ipso loco *permulta* idem contra legem *verba feciſti. ib.* Est oratoris proprium *apte, distincte ornateque dicere. Id. in Off.* Si *genus* id forense *dicendi tractare* voluisset, *grauissime & copiosissime* potuisse *dicere. ib. Eloqui copiose,* modo *prudenter,* melius est, quam vel *acutissime* sine eloquentia cogitare. *ib. Disertus, vt inprimis dicendo valeret, & tanta erat commendatio oris atque orationis, vt nemo ei dicendo posset resistere. Nep.* Concione aduocata *sic verba fecit,* vt nemo tam ferus fuerit, quin ejus casum lacrymarit. *idem. Valuit eloquentia. id.* Fuit & *disertus, vt nemo* Thebanus *ei par esset eloquentia,* neque minus *concinnus in breuitate respondendi,* quam *in perpetua oratione ornatus. id. Eloquentia omnes* eo *praestabat* tempore. *idem. Maxime ejus eloquentia eluxit* Spartae. *id. Erat in* puero *summa suauitas oris ac vocis,* vt non modo celeriter arriperet, quae tradebantur, sed etiam *excellenter pronunciaret. id. Tanta* autem *suauitas erat* Latini *sermonis, vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse, non adscitum. id.* v. *Loqui.*

EMENDARE. Postulo, siue aequum est, te oro, Daue, vt *redeat jam in viam. Ter.* Ejus dolore gnato vt *medicarer* tuo. *Id. Te* vt vlla res *frangat*? Tu vt vnquam *te corrigas*? Tu vt vllam fugam meditere, vt vllum tu exilium cogites? *Vtinam tibi istam mentem Dii* immortales *donarent. Cic. in Or.* v. *Corrigere.*

EPITHETA QVÆDAM AD LAUDANDUM ET EXAGGERANDUM. *Tantam* enim mansuetudinem, *tam inusitatam inauditamque* clementiam, *tantum* in summa potestate rerum omnium modum, *tam* denique *incredibilem* sapientiam *ac pene diuinam* tacitus nullo modo praeterire possum. *Cic. in Orat. Diuinum hominem* Africanum. *Ib. Singularis & admiranda* frugalitas. *Ib. Incredibilis ac diuina* virtus. *Ib.* In quo sit *eximia* belli scientia, *singularis* virtus, *clarissima* auctoritas, *egregia* fortuna. *ib.* v. *Laudare.*

EQUITARE. Dejotarum cum plures in equum sustulissent, quod *haerere in eo* senex posset. *Cic. in Or. Equo concitato ad* hostem *vehitur. Nep. Equo* deinde *per* Babylonem *vectus. Curt. Equo vectabatur. id. Ipsum praeualens equus vehebat*, quo saepius in cuneos barbarorum *effusis habenis euectus. id.* v. *Adoriri.*

ERIPERE. v. *Adimere.*

ERRARE. *Nisi me animus fallit. Ter. Tota erras via. Id. Vt falsus est animi. Id. Nisi me animus fallit*, aut parum prospiciunt oculi. *id.* Quis potest tam esse *auersus à vero*, tam *praeceps*, tam *mente captus*, qui neget? *Cic. in Orat. Labi, errare, nescire, decipi* & malum & turpe ducimus. *Id. in Off. Qui locus est sane lubricus. ib. In maximis versantur erroribus.*

roribus. ib. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam *delirare & mente captum esse. ib.* Nec quemquam *hoc errore duci* oportet. *Ib. In* quo verbo *lapsa* consuetudo *deflexit de via sensimque eo deducta est*, &c. *ibid. In vanum manum* barbari *lapsam* amputat gladio. *Curt.* Jumenta, quae Darium vehebant, nullo regente, *decesserant* militari *via, & errore delata* per quatuor stadia. *id.* v. *Nescire.*

ERUDITUS. v. *Doctus.* 91

ESURIRE. Domi focique fac vicissim memineris, jam dudum *animus est in patinis. Ter.* Harum *videre ingluuiem, sordes, inopiam, quam inhoneste* solae *sint* domi *atque auidae cibi*, quo pacto *ex jure hesterno panem atrum vorent. Id.* Si *fame ipse conficiatur. Cic. in Off.* v. *Famelicus.*

EVANESCERE. *Subito* cum ipso equo *oculis est subductus. Curt.* v. *Latere.*

EVENIRE. Incommoditas denique *huc* omnis *redit. Ter.* Nimia istaec licentia profecto *euadet in* aliquod magnum malum. *Id.* Hoccine *de improuiso* mali *mihi objici* tantum, vt neque quid me faciam, neque quid agam, certum sit. *id. Quod res ipsa fert. id.* Quod si *meam spem* vis improborum *fefellerit atq; superauerit. Cic. in Or. Praeter opinionem res ceciderat. Nep.* Antea *usu venerat. Id.* Quae *res eum fefellit. idem.* Eludant licet, quibus *forte ac temere humana negotia volui agique* persuasum est. *Curt.* Quicquid *sors tulisset. id.* Incommoda quoque *ad bonos euentus vertente* fortuna. *id.* v. *Accidere.*

EXAGGERARE. *Nunquam ad liquidum* fama *perducitur, omnia, illa tradente, majora sunt vero. Curt.* Iram doloremque *aggrauare. id.* v. *Augere.*

EXAGGERANDI FORM. QVÆDAM. *Quid* mali aut sceleris *fingi aut excogitari potest*, *quod non* ille conceperit. *Cic. in Or. Quid magis* solicitum, magis exercitum *dici aut fingi potest? ib.* v. *Epitheta &c.*

EXAUDIRE. Tu potius Deos comprecare: Nam *tibi* eos certe scio, quo vir melior multo es, quam ego sum, *obtemperaturos magis. Ter.* Deos patrios ne quidem *apud surdas aures invocabat. Curt. Date hoc precibus meis. id. Surdas* jam dudum *aures pulso, auersos animos & infractos excitare conor. id.* Cumque *frustra surdas aures fatigaret. id.* v. *Obsequi.*

EXCELLERE. Fratrem *homini nemini esse* primarum artium *magis principem. Ter. Incredibile est, quanto* herum *anteeo* sapientia. *Idem.* Hem vir viro *quid praestat! id.* Celeriter *antecellere omnibus* ingenii *gloria* contigit. *Cic. in Or. Quis est illo* aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artium studio aut innocentia, aut *ullo genere laudis praestantior. Cic. in Orat.* Neque enim si tuae res gestae *caeterorum laudibus obscuritatem attulerunt*, idcirco Cn. Pompeji memoriam amisimus. *Quantum nomen ejus fuerit — quis ignorat? Tanto ille* superiores *vicerat gloria*, quanto tu *omnibus praestitisti. ibid. Omnium gentium atque omnis memoriae clarissimum lumen. ib.* Qui *mihi* studio *praecurritis. ib.* Vnum virum esse, *in quo summa sint omnia. ibid.* Pompejus, qui non modo eorum hominum, qui nunc sunt, *gloriam*, sed etiam *antiquitatis memoriam virtute superauit. ibid. In vno* Cn. Pompejo *summa esse omnia. ib.* Quasi vero Cn. Pompejum non cum *suis virtutibus*, tum etiam alienis vitiis *magnum esse* videamus. *ib.* Cum *praestare omnibus* concupieris. *id. in Off.* Togae

arma

arma *cessere. ib.* Rebus gestis & gloria *superatum à* filio, facilitate vero & humanitate video *superiorem* fuisse. *ibid.* Quorum vero patres aut majores aliqua *gloria praestiterant*, eorum plerique *in hoc* genere laudis studeant *excellere. Ib.* Ita fit, vt *vincat* cognitionis studium consociatio hominum. *ib.* Admiratione quadam afficiuntur ii, qui *anteire — caeteros virtute* putantur, & cum *omni carere dedecore*, tum vero iis vitiis, quibus alii non facile possunt obsistere. *ib.* Qui omnes superiores, quibus honore par esset, scientia *facile vicisset. ib.* Cum *eum nemo anteiret* his *virtutibus*, multi nobilitate *praecurrerent. Nep. Eluxit virtutibus. id. Tanto anteceſſit caeteros*, vt facile intelligi posset, pari modo *omnes* in caeteris artibus *superaturum. id. Nobilis inter* aequales *ferebatur clariusque exſplendeſcebat*, *quam generoſi* condiscipuli *aequo animo ferre possent. id.* Quibus rebus effecisse, vt *apud quoscunque esset*, *poneretur princeps*, habereturque chariſſimus. *id.* Velocitate *inter caeteros eminens. Curt.* Indolem, qua *omnes* Reges *anteceſſit. id.* Regio armis virisque & spatio locorum *nulli* earum gentium *secunda. id.* Vir *nemini secundus* eruditione & gloria. *id.* v. *Praecipuus*, it. *Praeponere.*

EXCIPERE. Non modo non *segregandum*, cum sit ciuis, *à numero* ciuium, verum etiam, si non esset, putetis *adsciscendum* fuisse. *Cic. in Or. Adscribi se in* eam ciuitatem *voluit. id.* v. *Annumerare.*

EXCLUDERE. v. *Admittere.*

EXCOGITARE. *Hoc nouum est aucupium*, ego adeo *hanc primus inueni viam. Ter.* v. *Inuenire.*

EXCUBARE. Magnamque exercitus partem in

armis esse ac *vigilias intentiore cura seruare* jusserat. *Curt. Excubabant seruatis noctium vicibus. idem.* v. *Vigilare.*

EXCUSARE. Tu quod te posterius *purges, nolle hanc injuriam mihi factam esse*: hujus non faciam. *Ter.* Te ipsum *purgare* ipsi coram placabilius est. *id.* Qui post factam injuriam *se expurget*, parum mihi prosit. *idem.* Dicam, non *deriuandi criminis causa*, sed vt factum est. *Cic. in Or.* Ne *quaeratur latebra* perjurio. *id. in Off.* Insidiarum consilium *purganti. Curt.* Consuetudo *diluet crimen. id.* v. *Ignoscere.*

EXCUSANDI FORM. QVÆDAM. *Vulgo id faciunt. Ter.* Hoc quidem ferendum aliquo modo est, *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia, humanum est. id.* Tum id peccatum primum magnum, *magnum, at humanum tamen, fecerunt alii saepe item boni. id.* Quod si est criminosum, *necessitatis crimen* est, *non voluptatis. Cic. in Or. Non est ista mea culpa*, Quirites, *sed temporum. ib. Pace tua*, patria, *dixerim*; metuo enim ne scelerate in te dicam, quod pro Milone dicam pie. *id.* v. *Deprecandi form.*

EXEMPLUM DARE, CAPERE. It. STATUERE. Hoc scitum, *periculum ex aliis facere, tibi quod ex vsu sit. Ter. Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium* jubeo, *atque ex aliis sumere exemplum sibi. id. Ab illis* cultus in Regem esse *prodendum exemplum. Curt.* Cum *orta* licentia *à paucis*, vt fere sit, *in omnes se repente vulgasset. id. Triste spectaculum* etiam non periclitantibus. Cum vero *alieno* exilio, *quid ipsis timendum foret, admonerentur*; in metum misericordia versa, non extinctos, sed semetipsos deflebant. *idem.* Vt excederet castris, neu licentiae barbarae

exem-

exempla in Graecorum *mores & mitia ingenia transferret. id.* v. *Imitari.*

EXEQUI. *Conficiam facile* ego, quod volo. *Ter.* Fecit animi vt incertus foret, pudorine anne amori vt *obsequeretur magis. id. Transacta re. id.* Scelere non modo *perfecto*, sed etiam cogitato. *Cic. in Or.* Cogitata *perficeret. ib.* Vereri videntur, vt habeam satis praesidii ad ea, quae vos statueritis, hodierno die *transigenda. ib.* Habetis consulem, qui & parere vestris decretis non dubitet, & ea, quae statueritis, quoad vivet, defendere & *per se ipsum praestare* poterit. *Ib. Ne res conficeretur. Nep.* Qui saeuitiae eorum *ministri fuerant. Curt.* v. *Perficere.*

EXERCERE, EXERCITATUS. Amor *me ad hanc rem exercitatum reddidit. Ter.* Rei magnitudo *vsum quoque exercitationemque desiderat. Cic. in Off.* Ad agendum *facultatis* tantum (in me sit) *quantum* homini vigilanti, ex forensi *vsu prope quotidiana exercitatio potuit afferre. Id. in Or.* In qua me *non* inficior *mediocriter esse versatum. ib.* v. *Studere.*

EXERCITUM COMPARARE. *Manum colligere. Nep. Manus comparare. id. Exercitum contrahere. id. Copias parare. id.* v. *Bellare.*

EXHILARARE. Ne me *in laetitiam* frustra *conjicias. Ter.* Vt *hanc laetitiam* nec opinanti prius *ei objicerem* domi. *id.* v. *Delectare.*

EXHORRESCERE. *Cruciatu* timoris *angi. Cic. in Off.* Nec vero vlla vis imperii tanta est, quae *premente metu* possit esse diuturna. *ib.* Dolorum cum admouentur faces, *praeter modum* plerique *exterrentur. ib.* v. *Terrere.* it. *Timere.*

IN EXILIUM PELLERE. It. EXULARE. *Nobiscum*

biscum versari diutius non potes, non feram, non patiar, non sinam. *Cic. in Or. Egredere ex vrbe*, Catilina, *libera* Remp. *metu, in exilium*, si hanc vocem expectas, *proficiscere. ib. Secerne te à bonis. ibid.* Aut tres Ligarii *in ciuitate retinendi sunt*, aut tres *ex ciuitate exterminandi.* Quoduis *exilium his est optatius, quam patria*, quam domus, quam Penates, vno *illo exulante. Ib. Purga vrbem. ibid. Ciuitate ejectus* Argos habitatum concessit. *Nep. Patria pelleretur. id. Exilium patria sede mutauerat. Curt. Procul* Europa *in vltima* Orientis *relegati.* Colluuiem hominum, quia aegre ferebant, non regio imperio, sed legibus moribusque patriis regi assueti, *prohibuere finibus. Exules* igitur *ejiciunt*, omnia potius toleraturi, quam *purgamenta* quaedam *vrbis suae, tunc etiam exilii, admitterent. id.* v. *Expellere.*

EXISTIMARE. *Ne istuc in animum inducas tuum*, alienum esse te. *Ter.* Mea sic est ratio, & *sic animum induco meum. id.* Tu de psaltria me *somnias* agere. *id.* Erat etiam alia *grauis atque vehemens opinio, quae per animos* gentium barbarraum *peruaserat. Cic. in Or.* v. *Opinari.*

De EXISTIMATIONE BONA, MALA, v. sub Tit. *Æstimare, Laudare.* it. *Ignominiam reportare, Vituperare.*

EXLEX. *Cui jam nulla lex erat, nullum* ciuile *jus*, nulli possessionum termini. *Cic. in Or.* v. *Sceleratus.*

EXPECTARE. *Quem praestolare*, Parmeno, hic ante ostium. *Ter.* Hic solebamus fere plerumque *eam opperiri*, dum inde iret domum. *id. Non manebat* aetas virginis *meam negligentiam. id.* Qui *tibi ad* forum Aurelium *praestolentur. Cic, in Or.* Turba

expecta-

expectatione suspensa. Curt. In his audientium *suspenderat expectationem sui. idem. Intenti in euentum* non duorum modo, sed etiam suae sortis. *id. Ea ipsa res omnium animos suspenderat. id.* v. *Morari.*

EXPELLERE. Dictum ac factum inuenerit aliquam causam, quamobrem *ejiciat oppido. Ter.* Homo *quatietur* certe *cum* dono *foras. id. Domo exulo* nunc. *id. Me extrusit foras. id.* Te expectatum *ejecisset foras. id.* Fortasse *excludetur foras. id. Eo* amantem inuitum Pamphilum *extrudit* pater. *idem. Segreganda* aut mater *à me est*, Phidippe, aut Philumena. *id. Eam* hinc *ejeci* miseram injustitia mea. *id.* Nec quicquam magis nunc metuo, quam ne denuo miser *aliquo extrudar hinc. idem.* Cum vxore hac *ipsum prohibebo domo. id.* Nisi tu properas mulierem abducere, ego *illam ejiciam. id.* Viduam *extrudi* turpe est. *id.* Ferrum flammamque minitantem ex vrbe *vel ejecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem vrbe prosecuti sumus. Cic. in Orat.* Loco ille motus est, cum *ex vrbe depulsus. id.* Sine dubio *perdidimus hominem* magnificeque vicimus, cum illum *ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus. ibid.* Quae quidem laetari mihi videtur, quod *tantam pestem euomuerit forasque projecerit. idem.* O fortunatam Remp. siquidem hanc *sentinam hujus vrbis ejecerit*! vno mehercule Catilina *exhausto*, relevata mihi & recreata resp. videtur. *ib. In exilium ejectum esse. ib.* Cum *ex vrbe* Catilinam *ejiciebam. ib.* Illum *exterminari* volebam. *ib.* Tam in scelere vigilantem, tam in perditis rebus diligentem, nisi *ex* domesticis insidiis *in* castrense latrocinium *compulissem. ibid.* Quem omnes gentes vrbis ac vitae ciuium conser-

uatorem judicabant, seruorum armis *exterminauit. ib.* Memoriam Milonis retinebitis, ipsum *ejicietis? & erit dignior locus in terris vllus, qui hanc virtutem excipiat, quam hic, qui procreauit? ib.* Vobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis & huic judicio praesidentibus haec tanta virtus *ex hac vrbe expelletur? exterminabitur? ejicietur?* aut si sorte pro patria, hujus vos animi monimenta *retinebitis*, corporis in Italia nullum sepulchrum esse patiemini? hunc sua quisquam sententia ex hac vrbe *expellet*, quem omnes vrbes *expulsum* à vobis *ad se vocabunt?* O *terram* illam beatam, *quae hunc virum exceperit*: hanc ingratam, si *ejecerit*: miseram, si *amiserit. ib.* v. *in Exilium &c.*

Experiri. Nunc me hospitem lites sequi, quam mihi sit facile atque vtile, *aliorum exempla commonent. Ter.* Illum alieno animo à nobis esse, *res ipsa indicat. id.* Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin *res, aetas, vsus semper aliquid apportet noui, aliquid moneat, vt illa, quae te scire credas, nescias, & quae tibi putaris prima, in experiendo repudies. id. Neque tam imperita, vt* quid amor valeat, *nesciam. id. Id nunc res indicium haec facit*, quo pacto factum volueris. *idem.* Virtus *nihil inexpertum omittit. Curt.* Qui non *fecerunt* inter se *periculum* virium. *id.* v. *Tentare.*

Explorare. Omissis auctoritatibus ipsa re & ratione *exquirere* possumus veritatem. *Cic. in Orat.* Qui *perscrutarentur* arculas muliebres, & ne quod in vestimentis occultaretur telum, *exquirerent. id. in Off.* Inuenietis viam, *si solerter rimati eritis*, ferentem ad cacumen. *Curt.* v. *Inquirere.*

Expo-

EXPOSTULARE. Requiram fratrem, vt *in eum haec euomam. Ter. Non clamas? non insanis? idem.* v. *Objurgare.*

EXPROBRARE. Si mihi pergit, quae vult dicere, *ea, quae non vult, audiet. Ter.* Habet haec, *ei quod,* dum viuat, *obganniat. Idem.* Nolo singulos vestrum excitare, nec inuisam libertatem meam faciam, si pudori vestro *grauem fecero. Curt. Contemptim* militarem *eludente* ferociam. *id.* v. *Molestus.*

EXPUGNARE. Vobiscum, iuuenes & mei aequales, vrbium inuictarum ante *munimenta superaui,* montium juga, perenni niue obruta, emensus sum. *Curt.* Castris inde motis, *oppidum* haud procul positum *corona capit,* obsidibusque acceptis *stipendium imponit. id.* Duae turres cum ingenti fragore prociderant, per quarum ruinas Macedones *euasere in arcem. id.* v. *Dedere sese.*

EXTENDERE SE LATE. Efficitur, vt & illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum, quam *late fusum sit,* appareat. *Cic. in Off.* v. *Commune esse.*

EXTENUARE. *Lenitate verbi* tristitiam rei *mitigante. Cic. in Off.* v. *Exaggerare.*

EXUL, EXULARE. v. *In exilium pellere.*

F.

FABULARI. *Fictam ac commentitiam fabulam* dicunt *prolatam à* Platone. *Ter. Vt ferunt fabulae. idem.* v. *Narrare.*

FACETUS. *Sale* vere *conditus & facetiis* Caesar. *Cic. in Off.* v. *Jocari.*

FACILIS. Id faciam, *in procliui quod est. Ter. Sibi procliue fuisse. Nep.* v. *Difficilis.*

FAL-

FALLERE. Cui (seni) *verba dare* difficile est. *Ter.* Me infensus seruat, ne quam *faciam* in nuptiis *fallaciam. id. Aliquid monstri alunt. id.* Hic nunc me credit aliquam sibi *fallaciam portare. id.* Haec primum *affertur jam mihi ab hoc fallacia. id.* Itane tandem idoneus tibi videor esse, quem tam *aperte fallere* incipias *dolis. Id. Dolis* vt me *deludere. Id.* Etiam nunc *me ducere istis dictis* postulas. *id. Fallacia alia aliam trudit. id.* Tune hinc homines adolescentulos, imperitos rerum, eductos libere, *in fraudem illiceis*, sollicitando & pollicitando eorum *animos lactas*? *id.* An potius haec patri aequum est fieri, vt *à me ludatur dolis. id.* Jam tum erat suspicio, *dolo malo haec fieri omnia. Id.* Veniisse clanculum per impluuium, *fucum factum* mulieri. *id. Quanta de spe decidi*! *id.* Haec *arte tractabat* virum. *id. Falli te* sinas *technis* per seruulum, etsi subsensi id quoque, illos ibi esse, & id inter se agere clanculum. *Id. Intendenda in* senem *est fallacia.* Num me id fefellit hosce *id struere*? *id. Aliquid reperiret, fingeret fallacias. id.* Nonne *ad* senem *aliquam fabricam fingit*? *idem.* Satis diu *dedisti verba, sat* adhuc *tua nos frustrata est fides. id.* Qua via *captent te* illi, eadem ipsos *capi. id.* Ego minas triginta *per fallaciam ab illo abstuli. id.* Imprimis operam dabunt, vt juris & judiciorum aequitate suum quisque teneat, & neque tenuiores propter imbecillitatem *circumueniantur. Cic. in Off.* Errorem *in maximam fraudem incurrere. ib.* Scientem *in errorem alterum inducere. ib.* Perpaucae res sunt, *in quibus dolus iste malus non versetur. ib.* Ratio igitur hoc postulat, *ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter. ibid.* Se posse remp. *eludere* in illis suis cogitatis furoribus. *Id. in Orat.*

Orat. Simulata *captus est* amicitia. *Nep. Te ipsum frustraberis. id. His in errorem ductis. id.* v. *Callidus.*

Falsus. *Quod abest longissime. Cic. in Or.* Obsoleuit ista oratio, *re multo magis, quam verbis refutata. ib.* v. *Verus.*

Famelicus. *E flamma* te *petere cibum* posse arbitror. *Ter.* v. *Esurire.*

Fateri. Jubeo, cogo atque impero, *nunquam defugiam auctoritatem. Ter. Neque* enim *est hoc dissimulandum,* quod obscurari non potest, sed *prae nobis ferendum. Cic. in Or.* v. *Negare.*

Fatigare. v. *Defatigare.*

Favere. Fratris igitur Thais *tota est. Ter.* Eam calamitatem *vestra intelligentia* sedabit, *si erit adjutrix nostrae industriae. id. Satin* illi Dii *propitii* sunt? *Id. Quo studio incendimur* non modo in gestis rebus, sed etiam in fictis: *vt* saepe, quos nunquam vidimus, *diligamus. Cic. in Or.* Te quibus laudibus efferemus, *quibus studiis prosequemur, qua benevolentia complectemur? ibid.* Reliqua vero multitudo, quae quidem est ciuium, *tota nostra est. ib.* Ad vltimum tamen in stirpem regiam *inclinauere studiis. Curt.* v. *Benevolus.*

Felix, felicem facere. Ego vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror, quod *voluptates eorum propriae sunt.* Nam *mihi immortalitas parta est, si nulla huic aegritudo gaudio interceſſerit. Ter.* O populares, *ecquis me viuit hodie fortunatior?* nemo hercle quisquam, nam *in me Dii potestatem suam omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda. Id.* An *fortunam* collaudem, quae

guber-

gubernatrix fuit, quae tot res, tantas, tam opportune in vnum concluſit diem. id. Quid reliqui eſt quin habeat, quae quidem in homine dicuntur bona? parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias, ea poſſidet. *id. Si mihi ſecundae res de* amore meo *eſſent. id. Deorum vitam adepti ſumus. idem. O fortunate*, neſcis *quid mali praeterierus. id. Quis me eſt fortunatior, venuſtatisque adeo plenior? id.* Tua quidem hercle certe *vita expetenda optandaque eſt. id. Palam beatus*, ni vnum hoc deſit, animus qui modeſte iſthaec ferat. *Id.* Tu *mihi* contra nunc *videre fortunatus*, Phaedria, cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi quid velis. *id.* Fortes *fortuna adjuuat id.* Cum *ſecundae res ſunt maxime. id.* O Jupiter *Dii nos reſpiciunt. id. O fortuna! o fortuna! quantis commoditatibus*, quam ſubito hero meo Antiphoni ope veſtra *hunc oneraſtis diem. id. Omnium, quantum eſt qui viuunt, hominum homo ornatiſſime*, nam *ſine controuerſia à Diis ſolus diligere. id. Tantam fortunam* de improuiſo *eſſe his datam. id.* Qui *cum* virtute *fortunam adaequauit. Cic. in Or.* Haec à virtute donata, caetera *à fortuna commodata eſſe* videantur. *ib.* Fuit enim profecto *quibuſdam* ſummis viris quaedam, ad amplitudinem & gloriam & ad res magnas bene gerendas, *diuinitus adjuncta fortuna. ibid. In illius poteſtate fortunam poſitam eſſe. ibid. Neminem vnquam tam impudentem fuiſſe, qui à Diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas Dii immortales ad* Cn. Pompejum *detulerunt. ibid. In rebus proſperis & ad voluntatem noſtram fluentibus. Id. in Off. In ſecundiſſimis rebus. ibid.* Si omnia *nobis*, quae ad victum cultum-

cultumque pertinent, *quasi virgula diuina, vt ajunt, suppeditarentur. ibid.* Cum *prospero flatu ejus vtimur, ad optatos exitus prouehimur, &, cum reflat, affligimur. ibid. Incepta prospera futura. Nep.* Neque minus *in ea re* prudentia, quam *felicitate adjutus est. idem. Si ipse fingere vellet, neque plura bona reminisci, neque majora posset consequi, quam* vel *fortuna* vel natura *tribuerat. idem. Eidem* cum prope *ad annum* octogesimum *prospera permansisset fortuna. Magnas res secunda gessit fortuna. id. Tanta prosperitas* Caesarem *est consecuta, vt nihil ei non tribueret fortuna. id.* Id consilium non ratione prudentius, quam *euentu felicius fuit. Curt. Hoc approbauit euentus.* v. *Infelix.*

FEROX. *Maligna multo & magis procax* facta illico est. *Ter.* Equos propter crebras contentiones praeliorum *ferocitate exultantes. Cic. in Off.* v. *Audax, Malitiosus.*

FERVERE. v. *Calidum esse.*

FESTINARE. *Abi praestrenue. Ter.* Vna illarum interea *propere praecurrit*, nuncians me venisse. *id. Vola. id.* Cur Romam *properaret?* cur in noctem se conjiceret? *quid afferebat festinationem? Cic. in Orat.* v. *Celer.* it. *Currere*, & *Tardus.*

FIDERE. v *Credere.*

FIDELIS. Nitar, faciam, experiar, denique *animum relinquam potius, quam* illam *deseram. Terent.* Cujus tu *fidem* in pecunia *perspexeris*, verere verba ei credere? *id.* Per omnes tibi adjuro Deos, *nunquam eam me deserturum, non, si capiendos mihi sciam inimicos omnes homines.* Hanc mihi expetiui, contigit, conueniunt mores, *valeant, qui inter nos dissidium*

dium volunt, hanc nisi mors mihi adimet nemo. idem. Singulari, diuina & incredibili fide. Cic. in Orat. Ea ciuitas *praecipua fide fuerat erga* Athenienses. *Nep. Neque* tamen *quicquam fecit, quod fide sua esset indignum. id.* Quem etsi infirmum videbat, quod vnus omnibus resistere cogebatur, tamen *amicum non deseruit, neque salutis, quam fidei fuit cupidior. id. Eximiae in* Regem suum *fidei. Curt. Ob egregiam in* partes suas *fidem. id. Haud sane temporum homo,* quippe *vltima pro fide experiri decreuerat. id. Fide erga* Regem *ad vltimum inuicta. id. Omnia pro fide experiri paratus. id. Ad vltimum* Regi *fide exhibita. Id. Damnata* popularium *fide*, quam per ducentos annos *inuiolatam praestitissent. id.* Hospitii pignora *in* Regem suum *ad vltimum fides conseruata* vincebat. *id. Qui fidem non mutauerant. id.* Cum fortes viri sitis, non fortitudinem magis, quam *fidem colitis. id.* v. *Constans.* it. *Deserere, Perfidus, Promissa seruare*, & *Separare.*

FIDUCIAM EXCITARE. Tanta erat apud eos veneratio Regis, vt *facile periculi, quod horrebant, cogitationem praesentia ejus excuteret. Curt.* Eaque pugna *multam fiduciam* Pori *erexit. id.* v. *Confidere, Confidentiam excitare.*

FINEM FACERE. s. FINIRE, FINIS EST. *Ilicet, desine, jam conclamatum est. Ter. Actum, ajunt, ne agas. id.* Si, *quibus regionibus* vitae spatium *circumscriptum est*, eisdem omnes cogitationes *terminaret* suas. *Cic. in Or.* Hic tu *modum* tuae vitae, non salute Reip. sed aequitate animi, *definies? ibid.* Quod bellum expectatione Pompeji attenuatum atque imminutum est, aduentu *sublatum ac sepultum. ibid.*

Hoc

Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam late diuisum ac dispersum, quis vnquam arbitraretur aut ab omnibus Imperatoribus vno anno, aut omnibus annis ab vno Imperatore *confici* posse? *Ibid.* Operi inchoato prope tamen *absoluto tanquam fastigium imponimus. Id. in Off.* Conuiuium *soluit. Curt. Vice officii sui expleta. id. Non in limine operum laborumque nostrorum, sed in exitu stamus. Id. Finem* orationi *imposuit. id.* Vitae quoque *finem* eundem illi, quem gloriae *statuit. id.* v. *Desinere.*

FINGERE. *Vt in fabulis est. Cic. in Off.* v. *Fabulari.*

FLAGITIOSUS. Haeccine *flagitia facere* te, haec te *admittere indigna* genere nostro? *Ter.* Alios ipse amabat turpissime, aliorum amori *flagitiosissime seruiebat. Cic. in Or.* v. *Sceleratus.*

FLERE. v. *Lacrymare.*

FLUERE, FLUCTUARE. Fons ejus ex summo montis cacumine *excurrens* in subjectam petram *magno strepitu aquarum cadit*, inde *diffusus circumjectos rigat campos, liquidus* & suas duntaxat *vndas trahens. Curt.* Quamdiu inter muros fluit, nomen suum retinet; at cum *extra* munimenta *se euoluit, majore vi agentem vndas* Lycum appellant. *id.* Planiciem ejus *crebris distinguentibus riuis. idem.* Multa riparum amœnitate inumbratus, vbique fontibus suis similis *in* mare *euadit. Id.* Crebris *oberrantibus* riuis, qui ex radicibus *manant. Id. Crebros ex alto fluctus* in littus *euoluere. Id.* Exaestuare semper fretum, quoque *arctius volutetur* inter insulam & continentem, hoc *acrius furere. id.* Forte eodem die *vehementior ventus motum ex profundo mare illisit in* molem, *crebris fluctibus* compages operis *verberatae* se laxauere,

saxaque *interfluens* vnda medium opus rupit. *id. Inhorrescens mare paulatim leuari, deinde acrius vento concitatum fluctus ciere* & inter se nauigia collidere. *Id. Nec sane alius* ad orientis plagam *tam violentus inuehitur*, multorum torrentium non *aquas* solum, sed etiam saxa *secum trahens. idem. Quas* Oceanus hinc *alluit. idem. Delicatam*, vt fama est, *vehentem aquam. id.* Sylvestribus ripis *praeceps inter* saxa *deuoluitur, accipiunt* deinde *eum* campi, quos *clementiore alueo praeterit, iam nauium patiens* DC stadia sunt mollioris soli, per quod *leni tractu aquarum* Persico mari *se insinuat. id. In* quorum specus fretum *immissum est. id.* Ex ipsis radicibus montium *amnis effunditur. id. Perennem habet fontem, ex* quo *largae aquae manant. id. Altissima quaeque flumina minimo sono labi. id.* Per quam (regionem) *amnis fertur*, torrentem eum ripae *in tenuem alueum cogunt*, deinde cauerna *accipit* & *sub terram rapit. id. Interueniebat fluuius coeuntibus aquis ex* superiori fastigio *in* vallem. *id. Multisque amnibus*, Caucaso monte *ortis*, placidum per campos iter praebent. *id. Aquas vehit*, à calore maris haud multum abhorrentes. *id.* Aurum *flumina vehunt*, quae *leni modicoque lapsu segnes aquas ducunt.* Gemmas, margaritas mare *littoribus infundit. id. Fontes per* totum fere specum *manant*, è quibus *collatae* aquae *per prona* montis *flumen emittunt. idem.* Ganges *omnium ab ortu maximus à* meridiana regione *decurrit*, & magnorum montium juga *recto alueo stringit.* In eum objectae rupes inclinant ad orientem. Vterque Rubro *mari accipitur, findens ripas*, multasque arbores cum magna soli parte *exsorbet.* Saxis quoque impeditus

crebro

crebro *reuerberatur*, vbi mollius solum *reperit*, stagnat *insulasque molitur*. Aceſines *eum auget*, Ganges *decursurum in* mare *intercipit*, *magnoque motu amnis vterque colliditur*. *Idem*. Erimanthus, *crebris flexibus subinde curuatus*, *ab* accolis rigantibus *carpitur*. Ea causa est, cur *tenues reliquias* jam sine nomine *in* mare *emittat*. *Id*. Quatuor *in* latitudinem stadia *diffusum profundo alueo*, *& nusquam vada aperiente*, *speciem vasti maris fecerat*. *Nec pro spatio aquarum late stagnantium impetum coërcebat*, *sed*, quasi in arctum coëuntibus ripis *torrens & elisus ferebatur*, occultaque saxa ineſſe ostendebant pluribus locis *vndae repercussae*. *Id*. *Flumen*, quo *latius fusum* est, hoc *placidius stagnat*, quippe *angustis ripis coercita*, *& in angustiorem alueum elisa torrentes aquas inuehunt*, contra spatio aluei *segnior cursus est*. *id*. v. *Oriri*. it. *Vadum*.

FODERE. *Humus alte egesta*. *id*. v. *Cuniculus*.

FOENERATOR. Viris *ad medium Ianum sedentibus*. *Cic*. *in Off*. v. *Lucrari*.

FOLIA HABERE. *Rami fronde vestiti*. *Curt*. v. *Sepes*.

FORTIS. *Dextram in bellis* & in praeliis *firmiorem*. *Cic*. *in Or*. *Instruite* nunc contra has tam praeclaras Catilinae copias *vestra praesidia vestrosque exercitus*: & primum gladiatori illi confecto & saucio Consules, *imperatores vestros opponite*: deinde *contra illam* naufragorum *ejectam ac debilitatam manum*, *florem totius* Italiae *ac robur educite*. *ib*. Proposita inuidia, morte, poena, qui *nihilo segnius* remp. *defendit*, *is Vir vere putandus est*. *Ib*. Cum ita sis affectus animo, *res geras* magnas illas quidem & maxime vti-

les, sed vt *vehementer arduas plenasque laborum & periculorum. Id. in Off. Promptiores* debemus esse *ad nostra pericula, quam ad communia: dimicareque paratius* honore & gloria, quam *de* caeteris commodis. *Ibid. Inuicta bello manus. Curt.* Hoc erat haud dubium *robur exercitus. Id. Egregios bello viros & tot gentium* secum *domitores. id.* Sunt autem Bactriani *inter alias* gentes *promptissimi, horridis ingeniis* — Siti haud procul Scytharum *bellicosissima gente* & rapto viuere assueta. *id. Trunci quoq; ac debiles arma tamen non omittebant. ib.* Vtrumque delecti *tuebantur, sui immemores*, quippe amisso Rege *nec volebant salui esse*, nec poterant. Nam ante oculos *quisq;* sui Regis *mortem occumbere ducebat egregium. Maximum* tamen *periculum adibant, qui maxime tuebantur*, quippe *sibi quisque caesi* Regis *expetebat decus. id.* Alexander mutato equo, quippe plures fatigauerat, *resistentium ora fodiebat, fugientium terga. id. Per mediam aciem* Macedonum *cum multo* suorum atque *hostium sanguine erupit. idem.* Regem *in aciem sequemur, ea quidem mente, victoriam vt speremus, mortem non recusemus. id.* Erat inter duces *manu strenuus. idem.* Haud dubie *robur omnium virium* Regis. *id.* Rex *inter promptissimos dimicans. idem.* Vetus Philippi miles, *multisque bellicis operibus clarus. id. Testis aduersus* multitudinem *inuicti* Macedonum *roboris* Granicus. *id. Belli Martisque discrimen impauidus subibo. id.* Dux *spectatus virtute bellica. id.* Dum *acrius quam cautius dimicat*, confossus vndique obruitur, quem vt Charus jacentem respexit, *ruere in hostem, omnium, praeter vltionem, immemor* cœpit, multosque hasta, quosdam gladio intere-

teremit. *Idem.* *Acerrime pugnam ciere.* *Idem.* v, *Animosus.*

FORTUNATUS. v. *Felix.*

FRAUDULENTUS. Homo & callidus & *ad fraudem acutus.* *Nep.* v. *Fallere.*

FRETUS. Extra conuentum & eam frequentiam, *in qua* oratorum studia *niti solent*: in tuis oculis, in tuo ore vultuque *acquiesco*: *te vnum intueor*: *ad te vnum omnis mea spectat oratio.* *Cic. in Or.* In graui fortuna conscientia sua *niteretur.* *ibid.* Eligere optimos & probatissimos, quorum *consilio atque auctoritate nitatur.* *ib.* v. *Confidere.*

FRIGERE. Adeo illa plaga mundus statas temporum vices mutat, vt, *cum alia feruore solis exaestuant*, Indiam *niues obruant.* Rursus vbi caetera *rigent*, illic intolerandus aestus existat. *Curt.* *Subito horrore artus rigere* caeperunt, & *totum propemodum corpus vitalis calor reliquit.* *idem.* *Perpetuo rigentes gelu.* *id.* Iter perpetuis obsitum niuibus, quas *frigoris vis gelu adstrinxerat.* *id.* Nocturnum *frigus vehementius, quam alias, horrore corpora affecit.* *id.* *Frigescens* vulnus aggrauarat dolorem. *id.* *Multos exanimauit rigor insolitus* niuis, *multorum adussit pedes, plurimorum oculis praecipue perniciabilis fuit.* Fatigati quippe *in ipso gelu deficientia corpora sternebant, quae cum moueri desissent, vis frigoris ita adstringebat, vt rursus ad surgendum conniti non possent.* A commilitonibus torpentes excitabantur. *id.* v. *Ningit.*

FRUI, NON FRUI. *Ex* meo propinquo rure *hoc capio commodi.* *Ter.* *Id illa vniuersum abripiet.* *id.* *Omne hoc* mater *auferet.* *idem.* Haeccine erat,

quae nostros *fructus minuebat*, vilitas? *idem.* Earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius *fructum à me repetere prope suo jure debet. Cic. in Orat. In ciuilem jure esse versatum. Ib.* Ille quidem *fructum* omnis anteactae vitae hodierno die *maximum cepit. Ib.* Laudem adolescentis propinqui existimo etiam *ad meum aliquem fructum redundare. ib. Expers esse debet* gloriae. *ib. Cepit magnum* suae virtutis *fructum* ac dignitatis, cum omnes prope vna voce, in eo ipso vos spem habituros esse, dixistis. *ib. Qui* denique *ex* bestiis *fructus, aut quae commoditas*, nisi homines adjuuarent, *percipi posset? Id. in Off. Vos diuturnum fructum ex me*, forsitan etiam perpetuum, *percipere cupitis. Curt.* v. *Utilis.*

FRUSTRA AGERE. *Frustra operam hanc*, opinor, *fumo Ter. In illis opera luditur. id.* Saepe jam *me spes* haec *frustrata est. id.* Si hoc omitto, vbi illinc rediero, *actum agam. id. Laborem inanem ipse capit* & illi molestiam affert. *idem. Quid conterimus operam frustra? Id. O frustra susceptí mei labores! O spes fallaces! o cogitationes inanes meae! Cic. in Or. Infectis rebus. Nep.* Non *in* praeruptis petris *--sterilem laborem* fore. *Curt. Irritus labor* videbatur obstante natura. *id.* v. *Operam dare.*

FUGARE. Per tumultum noster grex *motus loco est. Ter.* Barbarorum copiis *disjectis. Nep.* Vt *ex* his regionibus barbarorum *praesidia depelleret. id.* Pedestribus copiis *pepulit* aduersarios. *id. Deturbatis*, qui interiora montium obsidebant. *Curt.* Alios *in fugam auertit. id.* Caeteri *dissipantur* metu, & *qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt. id.* Vtrinque jam victor *instare fugientibus* coepit. *id. Agebantur*

etiam

etiam à tam paucis *pecorum modo*, & idem metus, qui cogebat fugere, fugientes morabatur, *id.* Alexander *hostes in fugam vertit. id.* Praelio superatos *in orbem compellit. Id.* Persae *funduntur. id.* Reliquum agmen *more pecudum* intactum *agebatur*, jubente Rege, vt caedibus abstineretur. *id.* Nomen Alexandri & fama, maximum in bello vtique momentum, *pauidos in fugam conuertit, id.* Obtruncatis, qui promptius resistebant, *partem hostium magnam propulit. id. Deturbati sunt hostes à* collibus. *id. Praesidio* Macedonum *inde dejecto. idem.* Leui praelio *in* vrbem proximam *compulit. id. Pecorum modo* magis pauidi, quam infesti, vltra aciem *exigebantur. id.* v. *Expellere.* it. *Persequi.*

Fugere. Jam *adornabat fugam. Ter.* Cum eo clam *subduxti te mihi. id. Ego me in pedes, quantum queo*, in angiportum quoddam desertum, *inde item in aliud, inde item in aliud, ita miserrimus fui fugitando. id. Corripui* illico *me inde* lacrymans, incredibili re atque atroci percitus. *id.* Aliquid conuasassem atque *hinc me conjicerem protinus in pedes. idem.* Quam hic *fugam* aut furtum *parat? id. Jam pedum visa est via. id.* Maxime vero perturbatus est, vt audiuit, Consules ex Italia *profugisse*, omnesque consulares, cunctum senatum, totam Italiam *esse effusam. Cic. in Orat. Abire in aliquas terras*, & vitam istam, multis suppliciis justis debitisque ereptam, *fugae solitudinique mandare. ibid.* Si *se ejecerit secumque suos eduxerit*, & eodem caeteros vndique collectos naufragos aggregauerit. *ibid. Erupit ex* vrbe. *ibid. Ex cruentis ejus manibus effugi. ib.* Non castra, sed naues *peterent. Nep.* Aduersarii *sunt in fuga. id* Cum ea

se *in* sacrarium *conjecit. Idem. Clam se à* custodibus *subduxit. id. Fuga periculum euitauit. id. Desperatis rebus ad* hostes *transfugit. id.* Sine vllo detrimento exercitus *se expediuit. id.* Qui relicti erant, proditos rati se, *nec conspectum quidem hostis sustinere voluerunt. Curt. Ad* Hellespontum *fuga penetrare. id. In diuersa digressi. id. In* jugum montis *euaserant. id. Acie* poterant *excedere. id. Qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt. id.* Barbari *longe diuersam fugam intenderunt*: alii, *qua rectum iter in* Persidem *ducebat, quidam circuitu* rupes saltusque montium occultos *petiuere*; pauci castra Darii, *id.* Abrupti à caeteris, *haud sane fugientibus similes euaserant. id. Illum* equos subinde mutantem *longius fuga abstulerat. id. E manibus* custodientium *lapsus. id. Capessunt fugam. id.* Nota *diuerticula petere* coeperunt. *id. Per loca,* quae prope immensis agminibus compleuerat, jam inania & ingenti solitudine vasta, *fugiebat. id. Nec eodem omnes fugam intenderant,* & deficientibus equis cursum eorum, quos Rex subinde mutabat, aequare non poterant. *id. In diuersum euaserant alii. id. Ex* Cilicia *profugi* domos *petierant. id. Terga jam praebent. id. Nec sensim* Macedones *cedebant, sed effusa turbauerant fuga ordines. id. Non sustinuit* Caduciorum Scytharumque *impetum,* quippe vix tentato certamine *effugit ad* Regem, *amissorum* impedimentorum *testis magis, quam vindex. id.* Cognati Darii & armigeri laeuumque tuentes cornu, *in fugam effusi destituerant* currum. *id.* Eminens curru nondum omnem suorum aciem *è praelio excedentem destituere* erubescebat. *id. Sensim* Persae *cedebant & laxauerant ordines.* Ecquid videtis

tis istos, qui ferociter modo instabant, *pedem referre subito pauore perterritos. Id. Illi jam non sensim, sed citato gradu recedebant, nec quicquam fugae, nisi quod terga non verterant, deerat. Id. Ingens spatium fuga emensus. id.* Alii, *qua breuissimum patebat iter,* alii diuersos saltus & ignotos sequentibus calles *petebant. Eques pedesque confusi sine duce, armatis inermes, integris debiles implicabantur. idem. Eodemque* magnae partis amicorum ejus ac militum *fugam fortuna compulerat. id.* Pluribus *ad fugam animus fuit.* Magna pars *in* arcem *concessit. idem.* Barbari, *quo quemque metus agebat, diffugerant. id.* Deuios montes & obsitos niuibus *petiuere. idem.* Praelio magis quam *fugae se praeparabat. id.* Bactra, quod *tutissimum receptaculum* est, *petimus. id.* Nabarzanes interim *elapsus. id.* Alexandri *manus,* quas solas timebat, *effugere properabat. idem.* Tum vero custodiae ejus assueti, quos Regis salutem vel periculis vitae tueri oportebat, *dilapsi sunt, armatis,* quos jam aduentare credebant, *haud rati se futuros pares. idem.* Onusti praeda *fugam intendunt. idem. Praecipitem fuga* Bactra *petere* Darium. *id. Se hosti fuga eriperet. idem.* Vt *vestigia fugae spargerent,* Nabarzanes Hircaniam, Bessus Bactra, paucis equidem comitantibus, *petebat. id.* Tandem Laconum *acies langueseere,* lubrica arma sudore vix sustinens, *pedem* deinde *referre coepit,* vrgente hoste, *ac aperte fugere. id. Deturbati ex* collibus, quos occupauerant Barbari, *profugiunt. idem.* Ne *occulto aditu* Philotas posset *elabi. idem. Omnes effusis habenis capessunt fugam. id. Dedere terga* victoribus haud sane inulti. *idem.* Hortabatur, vt *proxima quaeque suffragia occuparent. id. Desperata* vrbis *tutela, concessere in* arcem. *idem.*

Cum vno aut altero vulneratis, caeteros *in fugam declinare* videamus. *id.* Laceſſito hoſte *ſubito terga verterunt. id.* Duces ſocordius aſſeruati *profugerant. id.* v. *Confugere.*

FULGURARE. v. *Tonare.*

FUMARE. *Fumus ingens velut quadam nube abſconderat cœlum. Curt. Fumum* ſpecus *infra ſe ipſos euolutum* notauerunt. *id.* v *Caligo.*

FUNGI OFFICIO Legationes omnes, quae eſſent illuſtriores, per Dionem *adminiſtrabantur*, quas quidem ille *diligenter obeundo, fideliter adminiſtrando* &c. *Nep. Excepit has partes id.* v. *Officioſus.*

FURARI. *Furtum facere. Ter. Aliquid* domo abeuntem *abſtuliſſe. id.* Alienis bonis *manus afferre* coguntur. *Cic. in Off.* Quid ſi pater fana *expilet, cuniculos agat in* aerarium. *ib.* Par huic pecuniae ſumma cuſtodum *fraude ſubtracta eſt. Curt.* Aureum poculum *ex compoſito ſubducitur*, miniſtrique quaſi amiſiſſent, *quod amouerant*, regem adeunt. *id.* Quid mirum eſt inania ſepulchra eſſe Regum, cum Satraparum domus *aurum inde egeſtum* capere non poſſint. *id.* v. *Adimere.*

FUTURUM ESSE. *Paratae* lites. *Ter.* Quibus ego confido *impendere* fatum aliquod, pœnas *jam diu* improbitati, nequitiae, ſceleri, libidini *debitas* aut *inſtare jam plane, aut certe jam appropinquare. Cic. in Or. Erit, erit illud profecto tempus & illuceſcet aliquando ille dies, cum &c. ib. Unam ſupereſſe* noctem, *quae* tanti diſcriminis *moraretur euentum. Curt.* Vbi nos vberrima victoriae praemia *expectant. idem.* An vt hos ex me *fructus* perciperes, qui *te manent*? *id.* v. *Imminere.* it. *Tempus venit.*

GAR-

GARRIRE. Quae vera audiui *taceo & contineo optime*; sin falsum, aut vanum, aut fictum est, *continuo palam est: plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. Ter.* Vtrumque hoc falsum est, *effluet. Id. Quid ille gannit? id.* Quod minime est opus *vsquam efferri.* Age, mitto; fieri potis est, vt *ne qua exeat. id.* Hoc de nomine eo perperam olim dixi, ne vos forte *imprudentes foris effutiretis. id.* Tacerem potius, quam *frustra verba consumerem. Curt.* Vt experiremur, vtrum vino grauatus *effudisset illa, an altiore concepta consilio. id.* Non vino modo, sed etiam *animi praua contentione, prouectus. id.* Clytum, adhuc *eadem linguae intemperantia furentem. idem.* Otium, *serendis rumoribus* natum, ne aleret. *id. v. Loqui.* it *Narrare.*

GAUDERE. Hunc scio mea *solide* solum *gauisurum esse gaudia. Ter. Id* vero *serio triumphat. id.* Scin' me *in quibus sim gaudiis. id. Prae gaudio*, ita me Dii ament, *vbi sim, nescio. idem. Nulla mihi res posthac potest jam interuenire tanta, quae mihi aegritudinem afferat*, tanta *haec laetitia oborta est. id.* Vt me in breue hoc conjicias tempus, *gaudio* hoc falso *frui. id. Triumpho*, ex nuptiis tuis si nihil nanciscor mali. *id. Laetari* omnes, non vt de vnius solum, sed vt de communi omnium salute, sentio. *Cic. in Or.* Cujus *ex* salute *non minor pene ad* omnes, *quam ad illum ventura sit, laetitia peruenerit. ib. Neq;* enim *tibi haec res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. ibid.* Hic tu *quanta laetitia perfruere, quibus gaudiis exultabis, quanta in voluptate bacchabere? Ibid. Quans* victoria. *Curt. Insolenti gaudio* juuenis *elatus. idem. Quis ferre nos potest, quis illam*

animo-

animorum alacritatem continere? Militantium nec indignatio, nec *laetitia moderata est. Id. Insperato gaudio laetus. id.* Causam tam *effusae laetitiae*, cum supplicium ante oculos haberet, requirens. *id. Plausus* militum nauticorumque, *insperatam salutem immodico celebrantium gaudio*, littoribus ripisque *resonabant. id.* v. *Hilarem* & *Voluptarium.*

GEMERE. Crebros *edidit gemitus. Curt.* Spado *gemitu* non modo tabernaculum, sed etiam castra *compleuit. id.* v. *Dolere.*

GENERARE. v. *Gignere.*

GENEROSI ANIMI. v. *Constans.*

GESTICULARI. *Palaestrici motus* saepe sunt *odiosiores*, & *histrionum nonnulli gestus ineptiis non vacant. Cic. in Off.* v. *Grauis.*

GIGNERE. *Ex qua filiam suscepit. Ter. Liberis dare operam*, re honestum, nomine obscoenum. *Cic. in Off.* Sextus mensis est, ex quo Roxane praegnans est, optamus vt marem *enitatur. Curt.* v. *Liberos generare.*

GLORIARI. Neque pugnas *narrat*, neque cicatrices suas *ostentat. Ter.* Deforme est, *de seipso praedicare*, falsa praesertim, & cum irrisione audientium *imitari militem gloriosum. Cic. in Off.* Alexandri *auribus nimia jactatione* virtutis atque operae *grauem fuisse. Curt.* Dignior mihi Alexander videbatur, qui Iouis stirpem *tacitus agnosceret*, quam qui *praedicatione jactaret. id. Immodicus aestimator sui celebrare*, quae gesserat, coepit, *grauis* etiam *eorum auribus*, qui sentiebant vera narrari. *id. Alieno* enim sanguine *partam gloriam intercipi. id.* Exprobraturum sibi fuisse

fuisse vitam à semetipso datam, *hoc* enim *superbe saepe jactasse. id.* v. *Laudare, Ostentare.*

GLORIAM QVÆRERE, CONSEQVI, HABERE, it. ADIMERE. *Ex omnibus praemiis* virtutis, *si esset habenda ratio praemiorum, amplissimum esse praemium gloriam*: esse hanc vnam, quae *breuitatem vitae posteritatis memoria consolaretur*: *quae efficeret, vt absentes adessemus, mortui viueremus*: hanc denique esse, *cujus gradibus* etiam *homines in cœlum videantur ascendere. Cic. in Or. Ex* periculo *gloriam accersentes. Curt.* Cur circuitu *petis gloriam*, quae *ad manum posita est. idem.* Videor vobis *in excolenda gloria*, cui *me vni deuoui*, posse *cessare.* Ego vero *non deero & pugnabo, in theatro terrarum orbis esse me credam. Dabo nobilitatem* ignobilibus locis. Aperiam cunctis gentibus terram, quam natura longe submouerat. In his operibus extingui *mihi*, si fors ita feret, *pulchrum est. Id.* Ne *infringeretis in manibus meis palmam, qua* Herculem Liberumque patrem, si inuidia abfuerit, *aequabo. Id.* v. *Nomen immortale consequi.*

GRATIAS AGERE, & HABERE, & GRATIAS AGENDI FORM. QVÆDAM. Ego, Charine, neutiquam officium liberi esse hominis puto, cum is nil promereat, postulare *id gratiae apponi sibi. Terent. Magnas* vero *agere gratias* Thais *mihi? ingentes. id. Et habetur & refertur à me*, Thais, *tibi ita, vti merita es, gratia. id.* Bene feci*sti*, *gratiam habeo maximam. id. Est magna* ecastor *gratia de istac re quam tibi habeam. idem.* Amo te & non neglexisse *habeo gratiam. id.* Diis *magnas merito gratias habeo atque ago*, quando euenere haec nobis, frater, prospere. *id.*

Scio

Scio te non vsum antehac amicitia mea, *memorem me dices esse & gratum. Id. Maximas tibi* omnes *gratias agimus*, C. Caesar *majores etiam habemus. Cic. in Or. Sic tibi gratias ago, vt* omnibus rebus à te non conseruato solum, sed etiam ornato, tamen *ad tua innumerabilia in me vnum merita, quod fieri jam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit. ib.* v. *Gratus.* it. *Significare.*

GRATIFICARI. Tu igitur *paulum da mihi operae.* Fac admittar ad illam. *Ter. Operam* amico *ille dat. Id. Da veniam*, Chreme: *sine te exorem. id.* Adolescenti *morem gestum oportuit. id.* Sine labore *hanc gratiam*, te *vt sibi des* pro illa nunc, rogat. *id. Da veniam hanc mihi, reduc illam. id.* Neutra *in re vobis difficultas à me erit. id.* Vt *gratiam ineat* sine suo dispendio *& mihi vna prosit. id. Hanc operam tibi dico. idem.* Cœpi *his omnia facere, obsequi quae vellent. id.* Etiamsi aliter sentiret, verborum ipsorum pondus sustinere non posset. *Cessit auctoritati* amplissimi viri, *vel potius paruit. Cic. in Or.* In Q. Ligario conseruando multis tu quidem *gratum facies* necessariis suis. *ib. Vtilitatibus tuis paruit. id. Tantum dabit* amicitiae, *ib. Nullius rei à se repulsam laturum. Nep.* Petere perseuerabat, *ne se irritam spei pateretur abire. Curt. Date hoc precibus meis. id.* v. *Obsequi.*

GRATULARI & GRATULANDI FORMULÆ Q. *Istuc tibi ex sententia obtigisse laetor. Ter. Hunc videre saepe optabamus diem, cum* ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem: *Euenit; habeo gratiam Diis. id. Mutua gratulatione fungi. Curt.* v. *Gaudere.*

GRATUS, angenehm. *Nihil* pol jam *istae res mihi volupta-*

voluptatis ferunt. Ter. Bene factum & *volupe est. Id. Antiquamque* adeo *tuam venustatem obtines*, vt *voluptati* abitus, sermo, aduentus tuus, quocunque aduenerís, *semper siet. id.* Corporis motu tantum *amorem sibi conciliarat à* nobis omnibus. *Cic. in Or.* Quis est, cui non haec tempora, aspectus vrbis, possessio libertatis, lux denique haec ipsa, & hoc commune patriae solum *cum sit carum, tum vero dulce atque jucundum. ib.* Scio me sententiam esse dicturum, prima specie *haudquaquam* auribus tuis *gratam.* Sed medici quoque grauiores morbos *asperis remediis curant*; & gubernator, vbi naufragium timet, jactura, quicquid seruari potest, redimit. *Curt.* v. *Charus.* it. *Gaudere*, & *Placere.*

GRATUS danckbar. *Tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit. Cic. in Or.* Inops ille, si bonus est vir, *etiamsi referre gratiam non potest, habere certe potest. Id. in Off.* Commode autem, quicunque dixit, pecuniam qui habeat, non reddidisse, qui reddiderit, non habere; *gratiam* autem *& qui retulerit, habere, &, qui habeat, retulisse. Ib. Immortali memoria recepta retinebat beneficia*, quae autem ipse tribuerat, tam diu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. *Nep.* v. *Gratias &c.*

GRAVIS. Neque enim ita generati à natura sumus, vt *ad ludum & jocum facti esse videamur, sed ad severitatem potius, & ad quaedam studia grauiora atq; majora. Cic. in Off.* v. *Auctoritatem habere.*

H.

HABITARE. *Sedem omnium rerum ac fortunarum suarum* Romae *collocauit. Cic. in Or.* Thraces *eas regiones tenebant. Nep.* Tum Lemnum *incole-*

colebant. id. Gentes *mare illud adjacent. Id.* Quae gens *jacet supra* Ciliciam, *confinis* Cappadociae. *Id.* Multitudinem, quam secum duxerat, in agris *collocauit. id.* Magnam illam vrbem aduenarum frequentiam culturam, *multis vicis* & vrbibus *frequentem. id.* Incolae *sparsis* tuguriis *habitant. idem.* Vrbem hanc nunc *tenent* Parthi, eaque aestiua agentibus *sedes est. id.* v. *Regionum &c.*

HAESITARE. *Lingua haeret* metu. *Ter.* Quanquam toto triennio meditatus est defensionem, tamen *haesitans* & trepidus *pauca* ex iis, quae composuerat, *protulit*: ad vltimum non *memoria* solum, sed etiam mens *destituit. Curt.* v. *Timere.*

HEREDEM ESSE, ESSE VELLE, INSTITUERE. *Ejus morte ea ad me* lege *redierunt bona. Ter.* Ea *ad hos redibat* lege *hereditas. idem.* Clamitent, me sycophantam *hereditatem persequi. idem. Adiit hereditates. Cic. in Orat.* Et *illum heredem* & me *scripserat. ib.* v. *Donare.*

HILAREM ESSE. *Animo obsequi* & tibi bene esse soli, cum sibi sit male. *Ter.* Hunc diem misere nimis perpetuum, vt coepi, cupio *in laetitia degere. id.* Omitte, Demea, tuam istam iracundiam, atque ita, vti decet, *hilarem ac lubentem fac te* in gnati nuptiis. *id.* Mitte jam istaec: da te hodie mihi: *exporrige frontem. id.* Hodie modo *hilarum fac te. id.* Cui rei opus est, ei *hilarem hunc sumamus diem. Id.* Cum in conuiuio *comiter & jucunde fuisset. Cic. in Orat.* v. *Gaudere.*

HISTORIAM SCRIBERE. Quae publicis populi Rom. *literis monimentisque consignata sunt. Cic. in Or.* Sic familiarum originem *subtexuit. Nep.* Quae

vtcun-

vtcunque tradita sunt, incorrupta perferemus. Curt. Tanta *componentium vetusta rerum monumenta* vel securitas, vel, par huic vitium, credulitas fuit. *Idem.* v. *Narrare.*

HONESTUS. v. *Decere.*

HONORARE, HONORIFICUS. Hic pro illo munere *tibi honos est habitus. Ter. Afficiebar summo honore. Cic. in Or. Honore amplissimo ornatus. ib. Esse apud* vos posterosque vestros *in honore* debet is dies. *Ib.* Multi saepe *honores* Diis immortalibus *justi habiti sunt ac debiti*, sed profecto justiores nunquam. *ib.* Eos, quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de Rep. sentientes, ac bene meritos ac merentes, aliquo *honore* aut imperio *affectos observare & colere* debemus. *Tribuere* etiam *multum* senectuti, *cedere* iis, qui magistratum habebunt, *habere delectum* ciuis & peregrini. *Id. in Off. Summa & perfecta gloria constat ex* tribus his, si diligit multitudo, si fidem habet, si *cum admiratione quadam honore nos dignos putat. ibid.* Hic autem locus ad agendum *amplissimus*, ad dicendum *ornatissimus* est visus. *Id. in Orat.* Populi nostri *honores* quondam fuerant *rari & tenues*, ob eamque causam *glorioſi*, nunc autem *effusi atque obsoleti. Nep. Honorem alicui tribuere. id. Pro* merito *honor habitus est. Curt. Omnem honorem* funeri patrio Persarum more *seruauit. id.* Verone an falso cuique *honos haberetur*, ignorari non poterat. *id. Seruatus est honos, quem apud* Darium *habuerat. id* Barbaris *in* corporum majestate *veneratio est. id. Jacere humi venerabundos ipsum id.* Quem praefectum *impensius colui. idem. Inter* omnes amicos *praecipuo honore cultus à*

Besso. *Id. Praecipuus honos habebatur. id.* v. *Æstimare.* it. *Venerari.*

HORTARI. Mutua *adhortatione firmati* sunt. *Curt.* Alexander territos *castigare, adhortari*, praelium, quod jam *elanguerat*, solus *accendere, confirmatisque* tandem *animis* ire in hostem jubet. *id.* Qui omissum apud Halicarnassum à junioribus praelium *unus maxime accenderat. id.* Qui extra teli jactum erant, inuicem clamore *suos accendebant. Id.* v. *Impellere.* it. *Monere.*

HOSPITALIS. Est, vt mihi videtur, valde decorum, *patere domos* hominum illustrium illustribus hospitibus. *Cic. in Off.* Commeatus *large & hospitaliter* ex oppido *adduxerunt. Curt. Hospitaliter aliquem excipere. Id.* v. *Beneficus.*

HOSTEM ESSE, FACERE, HABERE. Bello oppressus in eo non *acerbus*, tum etiam fuit *totus animo & studio tuus. Cic. in Orat.* Regem semper in speculis fuisse, cum *à se animo esset alieno. ibid.* Orbem terrae *caede atque incendiis vastare cupientem. ib. Imminent* duo Reges, toti Asiae, non solum *vobis inimicissimi*, sed etiam vestris sociis atque amicis. *Ib.* Cujus *tanti furoris fuit*, omnes — *omnia* denique *omnium arma contra se vnum excitare. ib. Omnium in se* gentium *non solum odia, sed etiam arma conuertisset. ib. Castra sunt* in Italia *contra* Remp. in Etruriae faucibus *collocata, crescit* in dies singulos *hostium numerus. ib.* Hi totam *abalienarunt* Africam. *Nep.* v. *Bellare.*

HUMANUS. Ego, dum illi licitum est, *vsus sum benigno & lepido & comi. Ter.* Jam vero ita *faciles aditus ad eum* priuatorum, ita *liberae querimoniae de* alio-

aliorum injuriis esse dicuntur, vt is, qui dignitate principibus excellit, *facilitate par infimis esse videatur. Cic. in Or. Humanitate* jam *tantus est*, vt difficile dictu sit, vtrum hostes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an *mansuetudinem* victi *dilexerint. Ib. In omni sermone omnibus affabilem esse. Id. in Off. In* Miltiade *erat cum summa humanitas, tum mira comitas*, vt *nemo tam humilis esset, cui non ad eum aditus pateret. Nep. Ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate*, vt difficile esset intellectu, vtrum eum amici magis vererentur, quam amarent. *id.* v. *Benevolus &c.* it. *Inhumanus.*

HUMILIS, HUMILIARE. Recte praecipere videntur ii, qui monent, vt quanto superiores sumus, tanto *nos submissius geramus. Cic. in Off.* Dion iis ipsis regios *spiritus repressit. Nep.* Fortuna sua mobilitate, quem antea extulerat, *demergere* est adorta. *id. Tantum abfuit ab insolentia gloriae. id.* v. *Superbus.*

HYPOCRITA. Quod si *qui simulatione*, & inani ostentatione, *& ficto non modo sermone, sed etiam vultu* stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. *Cic. in Off.* Nec fallebat Antipatrum, *dissentire ab animis* gratulantium *vultus. Curt.* v. *Simulare.*

I.

JACERE **werffen.** Saxum quod forte ante pedes jacebat, *arripuit, emissurus in eum. Curt.* Cervix ejus ita *icta est. idem.* Ingentia saxa *in* subeuntes *provoluentibus* Barbaris, qui *perculsi* instabili & lubrico gradu *praecipites recidebant. id.* v. *Dejicere.*

JACERE. Multi prius metu, quam labore defatigati *prostrauerant humi corpora. Curt.* v. *Cadere.*

IDONEUS. *Ad* omnia vestrae memoriae bella conficienda *diuino quodam consilio natus esse videatur. Cic. in Or.* Si *natura non feret, vt* quaedam imitari possint. *Id.* Ad faciendam injuriam *instructos. Id. in Off.*

IGNAVUS. *Nihil loci est segnitiae neque socordiae. Ter.* Fatuus est, insulsus, *tardus, stertit noctesque & dies. Id.* Nihil magis cauendum est senescuti, quam *ne languori se desidiaeque dedat. Cic. in Off. Neue committas, vt, cum omnia suppeditata sint à nobis, tute tibi defuisse videare. Ibid. In labore remissus* nimis *parumque patiens. Nep.* Non vt *sequeremur otium. id.* v. *Otiosus.*

IGNOBILIS. Neque aliud *huic deerat,* quam *generosa stirps. Nep.* v. *Nobilis.*

IGNOMINIOSUS, IGNOMINIAM REPORTARE, DEPELLERE. Mirum, ni ego *me turpiter hic dabo cum* meo decrepito hoc Eunucho. *Ter.* Id cum periculosum ipsi est, tum etiam *sordidum ad famam. Cic. in Off.* Detrimentis accipiendis *majore affici turpitudine* videremur. *id. in Or. Delenda est vobis illa macula,* Mithridatico bello superiore *suscepta,* quae *penitus jam insedit atque inueterauit in* pop. Rom. *nomine. ib. Non aliud magis in contumeliam* Persarum faeminae *accipiunt. Curt.* Continuae felicitati rerum ejus *imposuerant labem. id.* v. *Infamis.* it. *Turpis.*

IGNOSCERE. Non, si rediisset, pater *ei veniam daret? Ter.* Ego, Nausistrata, *esse in hac re culpam meritam non nego, sed eam, quae sit ignoscenda. idem.* Ipsam *victoriam vicisse* videris, cum ea ipsa, *quae illa erat adepta, victis remisisti* — à quo etiam ipsius *victo-*

riae

riae conditio visque deuicta est. Cic. in Or. Nunc à te supplex fratris *salutem petit.* Quam, hujus admonitus officio, cum vtrisque *dederis*, tres — non solum tibi — sed etiam Reip. *condonaueris. Ib.* Nec *deprecaturi sumus vt crimen hoc nobis*, multa propter praeclara in Remp. merita, *condonetis. ibid.* v. *Deprecandi form.*

IMAGINARI. Vtinam prudentius esset solicita pro filio, & non *inanes* quoque *species anxio animo figuraret. Curt.* v. *Somniare.* it. *Suspicari.*

ILLUDERE. Nebulonem hunc certum est *ludere. Ter. Indignis nos irrisos esse modis. id.* Monstrum vltro *derisum aduenit? id. Hunc* comedendum & *deridendum vobis propino. id.* Amicam *subagitare. id. Qui sibi me pro ridiculo ac delectamento putat. id. Vt ludos facit. id.* v. *Contemnere.* it. *Ludibrio habere.*

IMBECILLIS. Occurrebat, *mancam ac debilem* praeturam suam futuram. *Cic in Or. Nomina verius, quam* auxilia. *Curt. Imbelles*, ex latebris suis erutos, *nihil praeter nomina afferre. Id.* Quae, vbi primum impetum effudit, *velut quaedam animalia, amisso aculeo, torpet. idem. Exhaustae erant vires, deficiebatque* sanguis. *id.* v. *Deficere.*

IMITARI. Quid istuc tam mirum est, *de te exemplum si capit? Ter. Quos hic noster auctores habet*, quorum *aemulari exoptat* negligentiam potius, quam istorum obscuram diligentiam. *id. Habet bonorum exemplum; quo exemplo sibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. idem.* Virum, *vnde* pudoris pudicitiaeque *exempla peterentur. Cic. in Orat. Quam similitudinem* natura ratioque *ab* oculis *ad* animum

transferens. id. in Off. Ad eorum studia institutaque impellimur. ib. Vtrumque omnino *à* natura *petendum est*, verum *alterum* exercitatio *augebit*, alterum *imitatio* presse loquentium & leniter. *Ib. A quo* quidem rei familiaris *ad* paucos, cupiditatum ad multos improbos *venit hereditas. ib.* Vt nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolueret; oris enim pulchritudo reliqui corporis *imitandi spem auferebat*: sic *eorum*, quae Panaetius praetermisisset & non perfecisset, *praestantiam* neminem *esse persecutum. ib.* Si minus *imitatione tantam ingenii praestantiam consequi* possumus, *voluntate certe proxime accedimus. ib.* Quemque nos, *correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus. ib. Ab his* iustitiae tanquam à sapientibus *petitur exemplum. ib.* v. *Exemplum &c.*

IMMINERE. v. *Futurum esse.*

IMMINUERE. Spem vllam esse habituros Milonis inimicos, ad ejus non salutem modo *extinguendam*, sed etiam gloriam per tales viros *infringendam. Cic. in Orat.* v. *Debilitare.* it. *Minuere.*

IMMISERICORS. *Factum à vobis duriter immisericorditerque* atque etiam, si est, pater, dicendum magis aperte, illiberaliter. *Ter. Adeone ingenio te esse duro atque inexorabili, vt neque misericordia neque precibus molliri queas. id.* Tu derepente irrupisses & clamare cœpisses, C. Caesar, caue credas, *caue te* fratrum pro fratris salute *obsecrantium misereat*; nonne *omnem humanitatem exuisses? Haec nec hominis, nec ad hominem vox esset. Cic. in Orat.* Qua qui apud te, C. Caesar, vtetur, suam citius *abjiciet humanitatem*, quam *extorquebit* tuam. *ib.* v. *Crudelis.* it. *Inhumanus.*

IMPA-

IMPAVIDUS. v. *Confidere.*

IMPEDIRE. Ne *in mora illi sis. Ter.* Ætas, metus, magister *prohibebant. id. Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas* nuptias. *Id. Me* hodie *remoratus est. Id.* Id vt ne fiat, *haec res sola est remedio. Id.* Egomet conuiuas *moror. Id. Vllamne ego rem vnquam volui, quin tu in ea mihi fueris aduersatrix? ib. Ne quid* vestrum *remorer* commodum. *id.* Egone hujus memoriam patiar meae voluptati *obstare,* cum ego possim in hac re medicari mihi? *id. Hoc mihi morae est. Id.* Quem neque fides, neque jusjurandum, neque vlla misericordia *repressit neque reflexit. id.* Poëtam non potest *retrahere à studio. id. Quod* ejus *remedium inueniam* iracundiae. *id.* Pone apprehendit pallio, *resupinat,* rogo quamobrem *retineret me. id.* Ita viuo judices, vt ab illis *nullo me vnquam tempore* aut commodum, aut otium meum *abstraxerit,* aut voluptas *auocarit,* aut denique somnus *retardarit. Cic. in Or.* Id *ne* impetremus, *pugnabis?* & *in* nostrum fletum *irrumpes?* & nos jacentes ad pedes supplicum *voce prohibebis? id.* Quanto hoc durius, quod nos domi petimus, id à te in foro *oppugnari,* & in tali miseria multorum *perfugium* misericordiae *tollere? ib. A* Legatorum *pedibus abduxerit. ibid.* Plausus ipsa admiratione *compressus est. ibid. Compressi* tuos nefarios conatus amicorum praesidio & copiis, nullo tumultu publice concitato. *ib.* Quoties jam *tibi extorta sica ista est de manibus,* quoties vero *excidit casu aliquo & elapsa est? ib.* Sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, sed fortunam Reip. *obstitisse. ib.* Viues, & viues ita, vt nunc viuis, multis meis & firmis praesidiis *obsessus,*

sus, ne commouere te contra Remp. *possis. ib.* Tuorum consiliorum *reprimendorum* causa. *ib.* Te illo ipso die meis praesidiis, mea diligentia *circumclusum, commouere te contra* Remp. *non potuisse. Ib.* Consiliis, laboribus, periculis meis *circumclusus ac debilitatus. Ib. De spe conatuque depulsus. ib.* Aut opprimet hominem, aut *omnes ejus motus conatusque prohibebit. ibid. Eos cum à pernicie* Reip. *repuleris*, neque *vi coërcere*, neque beneficio placare possis. *ib.* Cujus aduentu — *impetus* hostium *repressos esse* intelligunt *ac retardatos. Ibid.* Vt eorum collectio dispersa mœrorque patrius *celeritatem* persequendi *retardaret. ib.* Hae res, quae caeteros *remorari* solent, non *retardarunt*: non auaritia *ab instituto cursu ad* praedam aliquam *reuocauit*, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas vrbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. *ib.* Hujus aduentus Mithridatem insolita inflammatum victoria *continuit. ibid. Clausa erant nobis* omnia maria, *vt neque* priuatam *rem* maritimam, neque publicam *jam obire possemus. ib.* Cujus illi *conatus*, vt ille ratiocinabatur, nec si cuperent, *reprimere* possent. *ib.* Penula *irretitus*, rheda *impeditus*, vxore *pene constrictus esset. ib.* Multorum odiis nullas opes posse *obsistere. Id. in Off.* Omnes P. Clodii *conatus furoresque compressit. ib.* O stultum hominem, dixerit quispiam, & *repugnantem* vtilitati suae! *ib.* Nisi *me de medio cursu* clara voce patria *reuocasset. ib. A* majori re *abstrahebatur. Nep. A* qua *re depulsus. id. Reditu in* Asiam *excluderetur. id.* Quae tanti discriminis *moraretur euentum. Curt.* Praeceps in salum murus pedestre *interceperat* iter.

Id.

Id. Destinata salubriter, omni ratione potentior fortuna *discussit. Id.* Vnam esse vrbem, quae *cursum* victoris *morari* ausa esset. *id.* Vsum aurium *intercipiente* fremitu duorum agminum. *id.* Ne cura recuperandi sua militem à praelio *auerteret. id.* Prospectum oculorum nubes pulueris, quae ad cœlum ferebatur, *abstulerat. id.* Non posse *sisti* fugam. *idem.* Parmenio ignarus, quaenam in dextro cornu fortuna Regis, *repressit suos. Id.* Vt Alexandrum praeda *retineret. id.* Ingens vorago *iter ruperat. id.* Fossae hosti *obiectae. id.* Si quos amnis *detineret. id.* Nubes pulueris *pauliſper inhibuit cursum*, donec consideret. *Id. Ex medio* gloriae *spatio reuocari se*, victi magis, quam victoris fortunam in patriam relaturum conquestus est, nec sibi ignauiam militum *obstare*, sed Deorum inuidiam. *id.* Torrentes & eluuies *iter morabantur. id. Occursuque* satellitum *inhibitus est. id. Interrupit* orationem militum gemitus. *id.* Infesta concio *vix inhiberi potuit. id.* Vt *vix ab* amicis, *quo minus* occideret eum, *contineretur. id. Obstare* consilio. *id.* Ne *excuterentur* soliciti, nautarum ministeria *turbauerant. id.* Se tantas res molientem *in* vnius rupis obsidione *haerere* non *coëgisset. idem.* Medium complexi & *obluctari perseuerantem morabantur. id.* Nisi *prohibitus* esset fratrum ejus *occursu. id. Tantis rebus*, si vixisset, *injecturus moram. idem.* Ipse gloriae suae *non refragatus. id.* v. *Morari.* it. *Sedare*, & *Coërcere.*

Impellere. Neque postulem abs te, si non *ipsa res moneat. Ter.* Nunquam destitit instare, vt dicerem esse ductum patri, suadere, orare, vsque adeo donec *perpulit. id.* Viden otium & cibus *quid faciat*

alienus? *id.* *Magis me nunc* amicae dicta *stimulant.* *id.* *Cupidum* inopia *incenderet.* *id.* *Mihi* quidem *addit animum, quo lubeat magis.* *id.* Male *te docet* facilitas mea *multa.* *id.* Satis pol proterue me, Syre, promissa *huc induxerunt.* *id.* Facile aequanimitas vestra Poëtae *ad* scribendum *augeat industriam.* *id.* *Persuasit* nox, amor, adolescentia. *id.* Quando *huc prouocat.* *id.* Tundendo atque odio denique *effecit* senex. *id.* Animus partim vxoris misericordia *deuinctus*, partim *victus* hujus injuriis. *id.* Vbi duxere *impulsu vestro*, vestro impulsu easdem exigunt. *idem.* *Vide* auaritia *quid facit?* Ex re istius *me instigasti.* *id.* *Hoc maximum* & periculorum *incitamentum est* & laborum. *Cic. in Orat.* Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes & dies *animum* gloriae *stimulis concitat atque admonet.* *Ib.* Eorum ipsorum *ad* crudelitatem se *acuet* oratio. *ib.* Externi isti mores *usque ad sanguinem incitare solent* odium aut leuium Graecorum, aut immanium barbarorum. *ib.* Praemiis etiam *inuitabat.* *ib.* Graues rumores de te sparsi, qui etiam furiosum illum Caelium *excitauerunt.* *ib.* Hoc quod jam pridem factum esse oportuit, certa de causa *nondum adducor vt faciam.* *ib.* Amore *adducti.* *ib.* Quos priuatae fortunae, quos communis Respublica, quos denique libertas illa, quae dulcissima est, *ad* salutem patriae defendendam *excitauit.* *idem.* Genus est ejusmodi, quod *maxime* vestros *animos excitare atque inflammare debet.* *ibid.* Spe ampliſſimorum praemiorum *ad* Remp. *adducti.* *ib.* Boni nullo emolumento *impelluntur in* fraudem, improbi saepe paruo. *ib.* *Maximam illecebram esse* peccandi impunitatis spem. *ib.* *Cui* primum *mentem injecit*

injecit — ira Deorum hanc ejus satellitibus *injecit amentiam. ib.* Dii immortales, vt supra dixi, *mentem dederunt* illi perdito ac furioso. *ibid.* Nisi eum Dii immortales *in eam mentem impulissent. ib.* Quae cura *exsuscitat* etiam *animos, & majores ad* rem gerendam *facit. Id. in Off.* Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse *adhortari. ibid.* Temporibus *adducti. ib.* Gloria *ductus. ibid.* Quae ad puniendum non verecundia, sed aequitate *ducuntur. ib.* Officium, quod ab eo ducitur, *hanc* primum *habet viam, quae deducit ad* conuenientiam, conseruationemque naturae. *ib.* Vna pars in appetitu posita est, quae est ὀρμη Graece, quae hominem *huc & illuc rapit. ib.* Non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi studium *excitauerint. ib.* Pretio aut mercede *ducuntur. ib. Ducuntur* aut beneuolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis praestantia, aut spe, sibi id vtile futurum, aut metu, ne vi parere cogantur, aut spe largitionis promissionibusque *capti*, aut postremo, vt saepe in nostra Rep. videmus, mercede *conducti. ib. Incidunt* saepe multae *causae, quae conturbant animos* vtilitatis *specie, ib.* Species vtilitatis *animum impulit ejus. ibid.* Alio res familiaris, alio *ducit* humanitas. *ib.* Secunda fortuna aduersariorum *capti. Nep.* Hoc tumultu *permoti. id.* Cum consuetudine *ad* imperii *cupiditatem trahi* videretur. *id. Non facile ad* credendum *inducebatur. id.* Cum hostis *instaret à fronte, à tergo* sui *vrgerent. Curt.* Et suis ad se tuendum, & hostibus ad incessendum *ingens incitamentum. Id.* Mutua adhortatione *firmati. Id.* Ea res ipsa militi ad persequendum hostem *animum accendit. Id.* Necessitas tamen *stimulare* deberet. *id.* v. *Causari.*

IMPENDERE. Faciat, quod lubet, *sumat, perdat. Ter.* Prius *proditurum* te tuam vitam, & prius *pecuniam omnem. id.* Minas quidem jam decem *habet à me* filia: quas *pro* alimentis esse nunc duco *datas.* Hasce ornamentis *consequentur* alterae. Porro *haec* talenta dotis *apposcent* duo. *id.* Si illi pergo *suppeditare sumptibus*, Menedeme, mihi illaec vere ad rastros res redit. *id.* Cur tu *his rebus sumptus suggeris?* vestitu *nimium indulges. id.* Ego spem *pretio* non *emo. id. Sumptum admittet. id. Sumptus*, quos *feceris* in eam, quam animo aequo tuli. *id Fructum*, quem Lemni vxoris *reddunt* praedia, *id sumam. id.* Cum industriae *subsidia atque instrumenta in* libidine & audacia *consumerentur. Cic. in Orat. Patrimonia sua profuderunt. ib.* Dubites aliquid *de* possessione *detrahere ac fidem acquirere. ib. Qui se* insperatis repentinisque *pecuniis sumptuosius insolentiusque jactarunt. ib.* Quorum *omnis industria vitae & vigilandi labor in* antelucanis coenis *expromitur. ib. In eo omnes dies noctesque consumpsi. ib. Meus labor in* priuatorum periculis *caste integreque versatus. ibid. Quorum magnae res aguntur in* vestris vectigalibus *exercendis occupatae. ibid. Omne reliquum tempus* non *ad* obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui *contulit. ib. Suas rationes* & copias *in* illam prouinciam *contulerunt. ib.* Suas & suorum *in* ea prouincia *pecunias magnas collocatas habent. ibid. Sumptum faciat in* militem. *Ib. Bona, fortunas meas* ac liberorum meorum *in* communionem tuorum temporum *contulit. id.* Deserunt vitae societatem, quia *nihil conferunt in eam studii, nihil operae, nihil facultatum. id. in Off.* Cui cum *multum* adolescens discen-

discendi causa *temporis tribuissem. ibid. Id* autem, *omne consumebatur in* legendo. *ibid.* Vt *pecuniae* quaerendae non solum ratio est, sed etiam *collocandae*, quae *perpetuos sumptus suppeditet*, nec solum necessarios, sed etiam liberales. *ibid. Largitio*, quae *fit ex* re familiari, *fontem ipsum benignitatis exhaurit. ib.* Multi *patrimonia effuderunt* inconsulte largiendo. *ib. Pecunias profundunt in eas res. ib. Tantam pecuniam in* praeclara illa propylea *conjecerit. ib.* Tum & ipsa *ad facultates accommodanda &* mediocritate *moderanda est. ib.* Se *in beneficiis collocandis* mores hominum, non fortunam *sequi. ibid.* Ille tenuis, cum quid factum sit, se *spectatum*, non fortunam putet. *ib. Exhauriebat* igitur *aerarium. ib. Ad hanc* scribendi *operam omne studium curamque conuertimus. ib.* In illis colendis ornandisque *vsurpare* victoriae praemia. *Curt.* v. *Perdere.* it. *Studiose agere.*

IMPERARE. Qui ademptum Medis Lydisque *imperium* primus *in* Persidem *intulit. Curt.* Qui totius orientis *regna cum memorabili laude tenuerunt. id.* Major *moles* erat, quam vt *vnus eam subire* posset. *id.* Quod *imperium sub vno stare* potuisset, dum *à pluribus sustinetur*, ruit. *idem.* Seruilibus *ministerus* tot victores gentium *imbuere. id. Magnum onus sustines capite regium insigne*, hoc aut moderate *perferendum est*, aut, quod abominor, *in te ruet. id.* Non vt ingenuis *imperare* coepisti, sed quasi *in* mancipia *dominaris. id. Imperium* ita *diuidi* placuit, vt Rex quidem *summam ejus obtineret. id. Totius orbis imperium mente complexus. id.* v. *Magistratum &c.* it. *Regere.*

IMPERFECTUS. *Tantum abes à perfectione* maximorum

morum operum, *ut fundamenta, quae cogitas, nondum jeceris. Cic. in Or.* Cognitio contemplatioque naturae *manca quodammodo atque inchoata fit*, si nulla actio rerum consequatur. *id. in Off.* v. *Perficere.*

IMPETRARE. *Quam joco rem voluisti à me tandem, quin perfeceris? Ter. Emunxi* argento senes. *idem.* Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis praecepta perceperint, quidquam magna laude dignum sine usu & exercitatione *consequi* possunt. *Cic. in Off.* v. *Consequi.*

IMPOTENS. v. *Potens.* it. *Imbecillis.*

IMPROBUS. *Quem neque pudet quicquam, nec metuit quemquam, neque legem putat se tenere ullam. Ter.* Nunquam *animum — ad malas adducam partes. id.* Quae *mente conscelerata ac nefaria* concupierunt. *Cic. in Orat. Abjecti homines & perditi. ib.* v. *Sceleratus.*

IMPRUDENS. Tam *iners*, tam *nullius consilii* sum. *Ter. Neque* aedepol, *quid nunc consilii capiam, scio. id.* Heus tu, *vide sis, ne quid imprudens ruas. idem. Pessime istuc in te atque in illum consulis*, si te tam leni & victo esse animo ostenderis. *idem.* Quid cum illis agas, *qui neque jus, neque aequum atque bonum sciunt? melius, pejus, prosit, obsit, nihil vident, nisi quod lubet. idem.* Nonne id flagitium est, te *aliis consilium dare, foris sapere, tibi non posse te auxiliarier? id. Ut est dementia. id. In hac causa nonnihil* equidem, Tubero, etiam *tuam*, sed *multo magis* patris tui *prudentiam, desidero. Cic. in Or.* Fatalis quaedam calamitas incidisse videtur & *improvidas* hominum *mentes occupavisse. ib.* Quis potest esse tam *aversus à vero*, tam

tam *praeceps*, tam *mente captus*? qui neget. *ib.* Nisi à Diis immortalibus huic tantae audaciae *consilium esset ereptum*. *ibid.* In suo quisque negotio *hebetior est*, quam in alieno. *Turbida facta sunt consilia eorum*, qui sibi suadent. *Curt. Consilii*, quod *praeceps* magis, quam necessarium. *id.* v. *Nescire*. it. *Temerarius*.

IMPUNITUM ESSE. Habemus enim hujusmodi senatus consultum, veruntamen *inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum*. *Cic. in Or.* Tibi vni multorum ciuium neces, tibi vexatio direptioque sociorum *impunita fuit ac libera*, tu *non solum ad negligendas leges* ac quaestiones, *verum etiam ad euertendas perfringendasque valuisti*. *ibid.* Quamdiu *nos* etiam *furor iste tuus eludet*? *Quem ad finem sese jactabit effrenata tua audacia*? *id.* v. *Punire*.

IMPUTARE. Quorum impunitas, Caesar, *tuae* clementiae *laus*. *Cic. in Orat.* Omnem tranquillitatem & quietem senectutis *acceptam refert* clementiae tuae. *ib.* v. *Adscribere*.

INCENDERE. Totius vrbis templis, delubris, tectis omnibus *subjectos prope jam ignes circumdatosque*, restinximus. *Cic. in Or.* Etiam Deorum templis atque delubris sunt *funestos ac nefarios ignes inferre* conati. *ib.* Tantum ciuium superfuturum putassent, quantum infinitae caedi restitissent: tantum autem vrbis, quantum *flamma obire non potuisset*. *ib.* Vrbem *inflammare*. *ib.* Sedem ab vniuerso pop. Rom. concessam vni ordini *inflammari, exscindi, funestari*. *ibid.* *Cui* tum maxime Persae *subjiciebant ignem*. *Curt.* Faces, & *quicquid alendo igni aptum erat, in eadem ingerunt*. Jamque non modo Macedonum turres,

turres, sed etiam summa tabulata *conceperant ignem*, cum ii, qui in turribus erant, partim *hauriuntur incendio*, partim armis omissis, &c. *id.* Nec *incendio* solum *opera consumpta. idem. Ignemque* tectis *injici* jubet. *id. Raptim* tectis aceruisque frumenti *injecerant flammas*, quae cum *in summo haesissent, ad inferiora nondum penetrauerant. id.* Ne *incendio cuncta praeriperet. id.* Quidam *ignes*, quod paulo post facturus hostis videbatur, *subjecerant aedibus*, vt cum suis viui *cremarentur. id.* Vrbi *faces subdimus. id.* Rex *ignem* regiae *injecit. id.* Vident Regem ipsum adhuc *aggerentem faces. id.* Suisque primum sarcinis *face subdita* caetera *incendi* praecipit. *id. Ignis injectus cuncta comprehendit, flammam in ora* hostium *ventus ferebat. id. Sonabant incendio* syluae, atque ea quoque, quae non *incenderat* miles, *concepto igne proxima quaeque adurebant. idem* Caesis syluis *flammam excitauerunt*, quae *igni alita* oppidanorum sepulchra *comprehendit.* Vetusta cedro facta erant, *conceptumque ignem late fudere, donec omnia solo aequata sunt. id.* Oppidani desperata salute *ignem subjecere* tectis, se quoque & liberos conjugesque *incendio cremant. id.* v. *Ardere.*

INCIPERE. Vt facere *instituit. Ter.* Scis potius, quam quidem *ad integrum redeat eadem oratio. id.* Nequeo mearum rerum *initium* vllum *inuenire idoneum, vnde exordiar. Id. Bene habent tibi principia. Id.* Ad *suscipiendam* & ad *ingrediendam* rationem horum studiorum. *Cic. in Orat.* Diuturni silentii, quo eram his temporibus vsus -- *finem* hodiernus dies *attulit, idemque initium* -- dicendi. *ibid.* Atque vt *inde oratio mea proficiscatur, vnde* haec *omnis causa* duci-

ducitur. Ibid. Omnis, quae à ratione *suscipitur* de aliqua re institutio, *debet à* definitione *proficisci. Id. in Off.* De quibus dicere *aggrediar. ib.* v. *Oriri.*

INCONSTANS. Noui ingenium mulierum, *nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. Ter.* Haud scio, hercle, vt homo est, an *mutet animum. idem. Quid vos*, malum, ergo *me sic ludificamini, inepti, vestra puerili sententia? Nolo, volo, volo, nolo rursum, cedo, cape, quod dictum, indictum est, quod modo erat ratum, irritum est. idem. Nihil est tam molle*, tam *tenerum*, tam aut *fragile* aut *flexibile, quam voluntas erga nos* sensusque ciuium. *Cic. in Orat. Vide, quam sit varia commutabilisque ratio, quam vaga volubilisque* fortuna, *quantae infidelitates in* amicis. *ib.* Sunt, qui *in* rebus contrariis *parum sibi constant. Id. in Off.* v. *Constans.*

INCREDIBILIS. Ingens pecuniae captiuae modus traditur, *prope vt fidem excedat. Curt.* Cum Bactra pateant, exceptura eos donis & opulentia, *quantam animis concipere non possint. idem. Vix credibile dictu. id.* v. *Credere.*

INDICARE. *Conueniam* Pamphilum, *ne de hac re* pater *imprudentem opprimat. Ter. Nonne oportuit praescisse me ante? Nonne prius communicatum oportuit? id.* v. *Significare.*

INDIGERE. Cum *ipsos* alimenta *deficerent.* v. *Carere.* it. *Egere.*

INDIGNARI. Redeo inde *iratus atque aegre ferens. Ter. Hoc male habet* virum. *Id. Vereor, ne illud grauius* Phaedria *tulerit, neue aliorsum, atque ego feci, acceperit. id. Male* vero *me habens. idem.* Ostendere, me *aegre pati*, illi nolui. *idem. Ita aegre*

tulit. id. Cum hoc, quod leuius est, *tam iracundo animo tulit. idem. Amarae* mulieres *sunt, non facile haec ferunt. id. Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere. idem.* Patrem adolescentis facta *haec tolerare* audio *violenter. id. In rabiem* desperatione *versa. Curt.* v. *Irasci.*

INDULGERE. *Qui me tam leni passus est animo vsque adhuc, quae meo cunque animo libitum est facere. Ter. Inepta lenitas* patris *& praua facilitas. id.* Ego meis omnibus scio me *apprime obsequentem; sed non adeo, vt facilitas mea illorum corrumpat animos. Id.* Aliud fortasse aliis vitii est: *ego sum animo leni natus: non possum aduersari* meis. *Idem.* v. *Lenis.*

INEBRIARE. Laetitia Dejotarum elatum *vino se obruisse. Cic. in Orat.* Laetique eo nomine, ad epulas dilapsi, *onerauere se vino: quo graues,* orto sole, nauigia conscendunt. *Curt.* Vnus & alter *mero onerati. id. Temperantiam haud tolerabili vini cupiditate fœdauit. id. Vino grauatus. id. Mero sensibus victis,* ex lecto repente prosiluit. *id. De die conuiuium apparare* jubet, *vinoque* & epulis *grauis,* semisomnis in cubiculum fertur. *id.* Fortuna ipsius simulque *epulantium comitas prouexit omnes ad largius vinum. Id.* v. *Ebrius.* it. *Conuiuari.*

INESSE. Hoccine credibile est aut memorabile, tanta vecordia *innata* cuiquam vt sit. *Ter.* Quae *fert* adolescentia. *id.* Profectio *voluntatem habuit* non turpem, remansio etiam necessitatem honestam -- cum illa legatio *plena* desiderii ac solicitudinis fuisset -- *in hac causa* patris tui prudentiam *desidero* -- Homo cum ingenio, tum etiam doctrina *excellens. Cic. in Or.* Acerbissimo luctu *redundaret* ista victoria.

ria. *Ibid.* Cum videantur neque ingenio neque vsu atque exercitatione rerum *valere. Ib.* Nos in media Rep. *nati semperque versati. Ib.* Quod facinus nec *in* imprudentem *cadere* posset. *ib.* Frugi hominem dici, *non multum laudis habet in* Rege. *ib.* In eoque colendo *sita* vitae *est* honestas omnis & in negligendo turpitudo. *ib.* v. *Praeditum esse.*

INEXORABILIS. v. *Exaudire.* it. *Recusare.*

INFAMIS, INFAMARE. *Quae nota* domesticae *turpitudinis non inusta vitae tuae est? quod* priuatarum rerum *dedecus non haeret infamiae? Cic. in Or.* Summae nobis crudelitatis -- *fama subeunda est. ib.* Eosque à Censoribus omnibus *omnibus ignominiis notatos. ibid. Aspergebatur infamia. Nep.* Magnam belli *gloriam* turpi morte *maculauit. id.* v. *Ignominiosus.*

INFELIX. Quod si sit, *pereo funditus. Adeon' hominem inuenustum esse aut infelicem quemquam, vt ego sum. Ter. Neque quemquam esse hominem arbitror, cui magis bonae felicitates omnes aduersae sint. idem. Duras* fratris *partes praedicas. id. Quibus res sunt minus secundae. id.* Ita *eum oppressit calamitas. idem. Nemini ego plura acerba esse credo ex* amore homini *vnquam oblata, quam* mihi. *Heu me infelicem! id. O fortuna, vt nunquam perpetuo es bona! idem. Ego in eum incidi infelix locum,* vt neque mihi ejus sit amittendi, nec retinendi copia. *Id. Nec cum hujusmodi vnquam vsus venit, vt conflictarer malo. id.* Nactus es ex perditis atque *ab omni, non modo fortuna, verum etiam spe derelictis* conflatam improborum manum. *Cic in Or. Initia illa gestarum rerum magna atque praeclara* -- virtuti, haec autem extre-

ma non culpae, sed *fortunae tribuenda. Ibid. Dura mihi* medius fidius *jam fortuna* populi Romani *& crudelis videbatur, quae &c. ib. Minus ex sententia rem gesserat. Nep. Non vehemens modo, sed etiam pertinax vis mali insistebat. Curt. Destinata salubriter* omni ratione potentior *fortuna discussit. idem.* v. *Felix.* it. *Miser.*

INFORMARE. Haec vox *hujus hortatu praeceptisque conformata. Cic. in Orat.* Idem ego contendo, *cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae,* tum illud nescio quid praeclarum ac singulare solere existere. *ibid.* v. *Instituere.*

INGENIOSUS. Consilium par magnitudini animi, *& quantam vix poterat ejus actas capere solertia. Curt.* v. *Prudens.*

INGRATUS. Si factum *vobis non probaretur,* quanquam qui poterat salus sua cuique non probari? sed tamen si minus fortissimi viri virtus ciuibus *grata cecidisset. Cic. in Or.* v. *Gratus,* angenehm. it. *Molestus.*

INHUMANUS. *Quae est ista tam impotens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas?* Idcirco in hanc vrbem venisti, vt *hujus vrbis* jura & *exempla corrumperes,* domesticaque *tua inhumanitate* nostrae ciuitatis *humanitatem inquinares. Cic. in Or.* Non enim modo id virtutis non est, sed potius *immanitatis omnem humanitatem repellentis. Id. in Off.* v. *Immisericors.*

INIMICUM ESSE, FACERE. *Infecta pace. Ter. Cum* puella animum *suscepisse inimicitias* non pudet? *id.* Cum ejus *alienum à me esse animum* sentiam, *nec conuenturum inter nos* posthac arbitror, *idem.* Nunquam

quam *tam graues ob* hanc *inimicitias caperem in* nostram familiam. *id. Nulla nobis societas cum* tyrannis, *sed potius summa distractio est. Cic. in Off.* Ego quanta manus conjuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me *inimicorum multitudinem susce-pisse* video, sed eam esse judico turpem ac infirmam, contemptam & abjectam. *Id. in Orat. Tantumque abest, vt aliquam bonam gratiam mihi quaesisse videar, vt multas etiam simultates partim obscuras, partim apertas intelligam*, mihi non necessarias, vobis non inutiles *suscepisse. ib.* Ægyptii olim Persarum opibus *infensi. Curt. Quid inimicitiarum creditis exceptum fuisse*, si insontes *lacessissem? id.* v. *Hostem esse.* it. *Inuidos facere & habere, Odisse.*

Injustus. Ex quo si quis sibi plus appetet, *violabit jus* humanae societatis. *Cic. in Off.* Injustitiae duo genera sunt: vnum eorum, *qui inferunt*; alterum eorum, qui ab iis, quibus infertur, si possint, *non propulsant injuriam. ib.* Qui *omnia jura diuina atque humana peruertit. ib.* Dum alterum *justitiae genus assequuntur*, inferenda, ne cui noceant, injuria, *in alterum incidunt. ibid.* Nihil honestum esse potest, quod *justitia vacat. ib. A* fide *justitiaque discessit. ib.* v. *Justus.* it. *Laedere.*

Innocens. Dominam *esse extra noxiam. Ter.* *Conscia mihi sum, à me culpam hanc procul esse. Idem. Quod me accusat* nunc vir, *sum extra noxiam*: sed *non facile est expurgatu*, ita animum induxerunt socrus omnes esse iniquas: haud pol me quidem &c. *Id.* Is quidem *in culpa non est. Idem.* Ligarius *omni culpa vacat. Cic. in Or.* Haec duo tempora *carent crimine. Ib.* Sceleris vero *crimine*, furoris, parricidii

liceat Cn. Pompejo mortuo, liceat multis aliis *carere*. *Ib. Pura mente atque integra* Milonem *nullo scelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla conscientia exanimatum. ib.* Equidem *cujus criminis reus sim, non video. Curt.* v. *Nocere.* it. *Reus.*

INOBEDIENS. *Mihi* jam *minus minusque obtemperat. Ter.* Ne quid credas me *aduersus edictum* tuum *facere* esse ausum. *Id. Quousque tandem abutere,* Catilina, *patientia nostra? Quamdiu etiam nos furor iste tuus eludet? quem ad finem sese jactabit effrenata audacia? Cic. in Or.* Consilio *non paruit. id.* v. *Obedire.* it. *Obsequi.*

INQVIRERE. Nequeo satis mirari, neq; conjicere, nisi *quicquid est,* procul hinc *lubet prius quid sit scisciscitari. Ter. Quo lubet* cruciatu *per me exquire. id.* Cum *ad veritatem* cœpi *reuocare rationem. Cic. in Off.* v. *Explorare.*

INSERVIRE. *Quid est quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius. Ter.* Eum esse quaestum in animum induxi maximum, *quam maxime seruire vestris commodis. Id.* Dissolui me, otiosus *operam* vt *tibi darem. id.* Meritus est de me, *quod queam, illi vt commodem. id. Ei nulla in re defuit. Cic. in Or. Tibi,* ô T. Anni, *nullum à me amoris, nullum studii, nullum pietatis officium defuit. ibid.* Vt communi *vtilitati seruiatur. Id. in Off.* Delectarentur re sua, non eam quidem omni ratione exaggerantes, *neque excludentes ab ejus vsu suos, potiusque* & amicis *impertientes* & reipublicae, *si quando vsus esset. ib.* Dignis *se vtilem praebeat. ib.* Minimeque artes hae probandae, quae *ministrae* sunt voluptatum. *ib.* Reipublicae *tribuat hoc muneris. ib.* v. *Promouere.* it. *Prodesse.*

INSI-

INSIDIARI. *Insidias* nostrae *fecit* adolescentiae. *Ter.* Non *rete* accipitri *tenditur* neque miluio, qui male faciunt nobis; illis, qui nihil faciunt, tenditur. *id.* Si ad humanos casus incertosque euentus valetudinis *sceleris* etiam *accedat insidiarumque consensio. Cic. in Or.* Vos non *petere* sanguinem. *ib.* Cui *fecisset insidias. ib. Intestinam* aliquam quotidie *perniciem* Reip. *molientem. ib.* Quot ego tuas *petitiones, ita conjectas, vt vitari posse non viderentur*, parua quadam declinatione, &, vt ajunt, corpore effugi. *Ibid.* Caedes, incendia *interitumque* Reip. *comparari. Ib.* Ei viro autem mors *parabatur. ibid.* Vt ante suum fundum, quod re intellectum est, Milonis *insidias collocaret. ib.* Milonis consulatus, qui, viuo Clodio, labefactari non poterat, mortuo denique *tentari* coeptus est. *ib.* Hinc saepius *comparatae in caput ejus insidiae. Curt.* Cum externa vi non tutus modo Rex, sed inuictus, *intestino facinore petebatur. id.* Capiti meo *impias comparavit insidias. id. Scelere* Parmenionis *omnes* pariter *appetiti sumus. Id.* Huic Bicon quidam nationis ejusdem, sed ob aemulationem infestus, *comparabat insidias. id.* v. *Conjurare.*

INSOLITUM. Quod *abhorret à meis moribus. Cic. in Orat.* v. *Consuetudo est &c.*

INSTARE. v. *Persequi.*

INSTIGARE. v. *Impellere.*

INSTITUERE. Vultus quoque hominum *fingit* scelus. *Ter.* Tuum ille quoque Syrus idem *mire finxit* filium. *id.* Ego istos vobis vsque *à pueris curaui* ambos sedulo: *Docui, monui, bene praecepi semper, quae potui omnia. id.* Alter te *scientia augere* potest, altera exemplis. *Cic. in Off.* Vt equos propter

crebras contentiones praeliorum ferocitate exultantes *domitoribus tradere* solent, *vt his facilioribus possint vti*, sic hi minus secundis rebus effrenatos sibique praefidentes tanquam *in gyrum rationis & doctrinae duci* oportere. *ib. Omnibus doctrinis, quibus puerilis aetas imbui debet, filium erudiuit. Nep.* v. *Informare.*

INTELLIGERE. Quod si ipsi haec *neque attingere neque sensu nostro gustare* possemus. *Cic. in Or.* Ita magna — vt ea vix cujusquam *mens aut cogitatio capere* possit. *ib.* Quod *in nostram intelligentiam cadit. Id. in Off.* v. *Cognoscere.*

INTEMPESTIVUS. Vt *in ipso articulo oppressit. Ter.* Comessatorem *haud sane commodum. id.* v. *Molestus.*

INTENDERE. Dissensiones, quarum nulla exitium Reip. *quaesiuit. Cic. in Or.* In iis pecuniae cupiditas *spectat ad* opes. *Id. in Off.* Bella, quibus imperii gloria *proposita est. Ibid.* Id est justitiae *fundamentum, ad quam* haec *referenda sunt omnia. Ibid.* Bellum ita suscipiatur, vt *nihil aliud nisi* pax *quaesita* videatur. *ib.* Vtilitatem ciuium sic tueantur, vt, *quicquid agunt, ad eam referant. Ibid.* Victus cultusque corporis *ad* valetudinem *referatur* & ad vires, non ad voluptatem. *Ibid.* Qui *ad* naturae suae vitiosae genus *consilium vitae omne contulerit*, is constantiam tenet. *Ib.* Magna *spectare & ad ea recta studiis debent contendere. ibid.* Omnia *metiuntur* emolumentis & commodis, *neque ea volunt praeponderari* honestate. *ib. Hoc spectant* leges, *hoc volunt. ib.* Vtilit ate putat officium *dirigi* magis, quam humanitate. *Ib.* v. *Pertinere ad aliquid.*

INTEREST. Tantumne est ab re tua otii tibi, aliena

aliena vt cures, eaque, *nihil quae ad te attinent?* *Ter.* Homo sum, *humani à me nihil alienum puto.* *Idem.* *Quasi istic minor mea res agatur, quam tua.* *Id.* *Nihil ad me attinet.* *Idem.* Tandem tamen non *capitis ejus res agitur*, sed pecuniae. *Id.* Qui non intelligat, tua salute *contineri* suam, & *ex* vnius tui vitam *pendere* omnium. *Cic. in Orat.* De salute populi Rom. extimescebat, *in qua* etiam suam *inclusam esse videbat.* *ib.* *In quo agitur* populi Rom. *gloria*, quae vobis à majoribus cum magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est: *agitur salus* sociorum — *aguntur* certissima populi Rom. *vectigalia* & maxima, quibus amissis & pacis ornamenta & subsidia belli requiretis: *aguntur bona* multorum ciuium, quibus est & à vobis & à moderatoribus Reip. consulendum. *Ibid.* Quod *ad bona* multorum ciuium Romanorum *pertinet.* *Ib.* Ei viro mors parabatur, cujus *in vita nitebatur salus* ciuitatis. *ibid.* Licet, Marce fili, apud te gloriari, *ad quem & hereditas hujus gloriae &* factorum imitatio *pertinet.* *Id. in Off.* Haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, *implicita est cum illis* pecuniis Asiaticis *& cohaeret.* *Id. in Orat.* v. *Pertinere &c.*

INTERFICERE, CI. Puerum ob eam clam voluit, natus qui est, *extinguere.* *Ter.* Vt ille sit melior, qui in acie *cecidit*, quam qui in causa *animam profudit.* *Cic. in Or.* Sua pertinacia *vitam amiserunt.* *ib.* Non tu ergo hunc patria *priuare*, qua caret, sed *vita* vis — qui omnes, quotquot aderant, *morte mulctabat.* *ib.* Cujus in victoria *ceciderit* nemo, nisi armatus. *ib.* Vt omittam, cujus tanti sceleris fuerit in conspectu

Deorum penatium *necare* hospitem: cujus tantae importunitatis omnium gentium atque omnis memoriae clarissimum *lumen extinguere. Ibid.* Cum morte superioris vxoris nouis nuptiis *domum vacuam fecisses. Ib. Eam* necesse putas consulis *in corpore defigere. ibid.* A cujus altaribus saepe istam *dextram impiam ad necem* ciuium *transtulisti. ib. Vnius vsuram horae* gladiatori *isti ad viuendum non dedissem. Ib. Complurium sanguine* non modo *se non contaminarunt, sed etiam honestarunt. Ibid.* Quae *caedes* per hosce annos sine illo *facta est? Ibid.* Omnis hic locus *aceruis corporum & ciuium sanguine redundauit. Ibid.* Clarissimis viris *interfectis, lumina* ciuitatis *extincta sunt. Ib. Furor in caede bacchantis. Ib. Priuare vita. Ibid.* Vinculis ac verberibus atque *omni supplicio excruciatum necauit. ibid.* Cum *caedem in* Appia *factam esse* constaret. *ibid. Mors* quidem *illata per* scelus. *ibid.* Parricidae *sanguine imbuta est. ibid.* Consulatum Miloni *eripi* non posse, *vitam* posse. *ibid.* Optabilius Miloni fuit, *dare jugulum* P. Clodio, non semel *ab illo* neque tum primum *petitur*, quam *jugulari à* vobis, quia se illi non *jugulandum tradidisset. ibid* Appianam *viam* monimentum sui nominis *nece* Papini *cruentauit. ibid.* Haec (sica) *— conuersa rursus est in* me, nuper quidem, vt scitis, *me* ad regiam *pene confecit. ib.* Animo irato ac percito fecisset, vt *incensus odio trucidaret* inimicum. *ib. Pluribus caedibus* in foro *factis. ibid Mortem sibi ipsi consciscere. Id. in Off.* Hoc omne genus pestiferum atque impium *ex hominum communitate exterminandum est.* Etenim vt membra quaedam amputantur, si & ipsa *sanguine & tanquam spiritu carere coeperunt*, & nocent reliquis partibus corporis, sic ista

in

in figura hominis feritas & immanitas belluae *à communi tanquam humanitate corporis segreganda est. ib.* Regem dominum *interemit, sustulitque* quos obstare arbitrabatur. *Ib. Caedem facere eorum* vellent. *Nep.* Nonnulli ab insciis *pro noxiis conciduntur. id. Pari letho affectus est. Id.* In insidias inductum *sustulit. id.* Liberos etiam *extinguere* parabant. *id. Confixi ceciderunt. id. Obscura & ignobili morte* in tabernaculo *extingui* se querebatur. *Curt.* Si tot militum *sanguine imbuisset manus. id.* Sparsos & incompositos victoriae fiducia barbaros *ingenti caede prosternunt. Idem.* Quantumque *sanguinis fusum sit,* vel ex hoc existimari potest, quod intra munimenta vrbis sedecim millia armatorum *trucidata sunt. id.* Satropacen, *directa in* gutture *hasta, transfixit. id. In* vnius hominis jactationem tot millium *sanguinem impendi. id. Obteri* mehercule *equorum vngulis* possunt. *id.* Implicatos spoliis nostris *trucidabimus. id. Multum sanguinis inuicem hausimus. idem. Miserabili morte consumi. id.* Inulti *ferarum ritu,* velut in fouea deprehensi, *caedebantur. id.* Pene, milites, paucorum hominum *scelere vobis ereptus sum. Tibi* carnifex *spiritum adimet. idem.* Tum *ejus latus gladio haurit,* Cleander deinde *jugulum ferit* : caeteri *exanimem* quoque *confodiunt. id. Infestam sariss am,* equo calcaribus concito, *in medio* barbari *gutture ita fixit, vt per ceruicem emineret. id.* Dato signo diripere vrbem, proditorum receptaculum, ipsosque *ad vnum caedere,* illi inermes *passim trucidantur, nec* aut commercio linguae, aut supplicum vel tormentis precibusque *inhiberi crudelitas. Id.* Quatuor millibus ferarum *dejectis. idem.* Haec dicentis *latus hasta trans-*

transfixit, morientique sanguine se asperſit. id. Deteſtabile carnificis miniſterium occupauerat. id. Circumſtantes rogabat, *ne, se tanto dedecori ſuperſtitem eſſe, paterentur. id.* Alius menſam tuam *asperſit sanguine*, alius *nec ſimplici morte defunctus eſt. id.* Haec ſunt Macedonum praemia, quorum & *ſuperuacuo & ſordido abuteris ſanguine. idem. Explere se alicujus ſanguine. id.* v. *Caedes*. it. *Vincere.*

INTERMITTERE. Quod ſi *quieſſem*, nihil euenisſet mali. *Ter. Neque res vlla*, quae ad placandos Deos pertinet, *praetermiſſa eſt. Cic. in Or.* Cujus ſtudio *rebus agendis abduci* contra officium eſt. *Id. in Off. Praetermittendae* autem defenſionis deſerendique officii plures ſolent eſſe cauſae. *ib. Laborem* & ſumptus *ſuſpicere nolunt. ibid.* Nec hoc benignitatis genus *omnino repudiandum eſt. ib.* v. *Ignauus*. it. *Negligere*, *Morari*, *Tardus.*

INTERPRETARI. *E* Graeco *in* Latinum *conuertimus. Cic. in Off.* v. *Vertere.*

INTERROGARE. *Exquire de* Bleſamio. *Cic. in Orat.* Senatum *conſului de* ſumma Reip. *quid fieri placeret. Ib.* Rege triſtitiae *cauſam exigente. Curt.* Sub veſperam eum prodeuntem in veſtibulo regiae excipit juuenis, an mandatum executus foret, *requirens. Id.* v. *Conſulere.*

INTIMUS. Quae *mihi ſuam animum atque omnem vitam credidit*, *quam ego animo egregie caram pro* vxore *habuerim. Ter.* v. *Credere se alicui.*

INTRARE. Haec vbi aperuit oſtium, continuo hic *conjecit se intro. Ter.* Obſecro, vide, ne ille *huc prorſus se irruat. id.* v. *Ire.*

INVADERE. Populus Rom. *aperuit* Lucullo imperan-

perante Pontum. *Cic. in Or.* Cum hostiũm copiae non longe absunt, etiamsi *irruptio facta nulla sit. ib. Patefactumque* nostris legionibus esse Pontum, qui ante pop. Rom. *ex omni aditu clausus* esset. *id.* Fani locupletissimi & religiosissimi *diripiendi* causa *in eas oras* nostrum *exercitum esse adductum. id.* v. *Adoriri.* it. *Occupare.*

INVENIRE. *Argentum cudo*, quod tibi dem. *Ter.* Qui principes *inueniendi fuerunt*, quem ex quaque bellua vsum habere possimus. *Cic. in Off.* v. *Meditari.*

INVIDOS FACERE, HABERE. Si qua est *inuidia* in conseruanda Rep. *suscepta*, laedat inuidos, mihi noceat ad gloriam. *Cic. in Or. Ne quid* hoc parricida ciuium interfecto *inuidiae mihi in posteritatem redundaret.* Quod *si ea mihi maxime impenderet*, tamen hoc animo semper fui, vt *inuidiam virtute partam*, gloriam, non inuidiam, putarem. *ib. Quanta tempestas inuidiae nobis*, si minus in praesens tempus, recenti memoria scelerum tuorum, *at in posteritatem impendeat. ibid.* Si *mihi* inimico, vt praedicas, tuo *conflare vis inuidiam*, recta perge in exilium, *vix feram sermones hominum*, si id feceris, *vix molem istius inuidiae*, si in exilium ieris iussu consulis, *sustinebo. ib.* An cum bello vastabitur Italia, tecta ardebunt, tum te non existimas *inuidiae incendio conflagraturum*? *Ib.* Fore, vt ejus socios *inuidia oppressus* persequi non possem. *ib.* Est mihi tanti, Quirites, hujus *inuidiae* falsae atque iniquae *tempestatem subire. ib. Qua inuidia huic esset* tali viro *conflagrandum. ib. Non minorem* aulicorum *inuidiam excepit. Nep.* Alexander hostes vinci voluerat, Antipatrum vicisse, ne *tacitus* quidem *indignabatur*, *suae demptum gloriae existimans*,

mans, quicquid cessisset alienae. Curt. Simplicius famam *aestimabat* in hoste, quam in ciue. Quippe à suis *credebat magnitudinem suam destrui* posse. *idem.* Neu rebus felicissime gestis *inuidiam* tali adulatione *contraheres. id.* v. *Inimicum esse &c.*

INVINCIBILIS. Regionem mihi attribuis toties rebellem, & non modo *indomitam*, sed *quae ne subigi quidem possit. Curt.* v. *Domare.* it. *Vincere.*

JOCARI. Cœpit *ad* illam *illudere & me irridere. Ter. Facete, lepide, laute, nihil supra. id.* Ipsumque *genus jocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum & facetum* esse debet. *Cic. in Off.* Duplex omnino est jocandi genus, vnum *illiberale, petulans, flagitiosum, obscaenum*, alterum *elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum. ib. Ludendi* etiam *est quidam modus retinendus*, vt *ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate in* aliquam *turpitudinem delabamur. ibid.* v. *Illudere.*

IRASCI. Est quod *succenset tibi. Ter.* Dum *animus irritatus est. id. Id* equidem aduenienis *mecum stomachabar* modo. *Id. Prae iracundia,* Menedeme, *vix sum apud me. Id. Ardeo iracundia. Id. Disrumpor. Idem.* Si non rediisses, *hae irae factae essent multo ampliores. id Ira inter eos interceßit*, quae tam *permansit* diu. *id.* Si vis veram rationem exequi, *non maximas, quae maximae sunt interdum irae, injurias faciunt*; nam saepe est, *quibus in rebus* alius ne *iratus* quidem est, cum *de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.* Pueri inter sese quam *pro leuibus noxiis iras gerunt*; quapropter? quia, *qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.* Itidem illae *mulieres sunt ferme vti pueri, leui sententia. id. Incendor*

cendor ira, esse ausum facere haec injussu meo. *id.* Primo homo *insanibat. id. Ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Cic. in Off. Stomachari. ibid. Plurima ira exacuerentur. Nep. Plus irae suae*, quam vtilitati communi, *paruisse. id. Plus indignationis*, quam pauoris *ostendit. Curt. Non tenuit iram* Alexander, *cujus* alioquin *potens non erat. idem. Ira* quoque *accensus. id. Iram* deinde *vertit in rabiem. id. Irae obsequi. idem.* Haud mirum est, Darium non *temperasse animo. Id. Quicquid irarum* in tabernaculo *conceptum, in* hostium *effunditur capita. Id.* Bessus, & *ingenio* & multo mero *ferox, adeo exarsit, vt vix ab amicis, quo minus* occideret eum, *contineretur.* Certe è conuiuio prosiliuit, *haudquaquam potens mentis.* Non *ira* solum, sed etiam pudore *confusus. id. Ingentem iram conceperat. id. Magis exasperabatur. id. Ad* pristinam violentiam *ira quoque adjecta. Idem. Tantam iram conceperat* Rex, *quantam vix sobrius ferre potuisset. Id.* Clausae erant aures, *obstrepente ira*, itaque *impotens animi. id. In* Callisthenem, olim contumacia suspectum, *peruicacioris irae fuit*, cujus *explendae* matura fuit occasio. *Id. Biduum irae datum est. id.* Vltimi dedecoris *indignitate commotus. Id.* Laeti, *recidisse iram in irae ministros. id. Vehementius, quam par esset, iracsci. id. Furens ira.* Ne *in tam praecipiti ira perseueraret*; *spatiumque* potius *animo daret*: *omnia* postero die *justius executurum. idem. Elicuitque iram* Alexandri, quam olim *animo capere non poterat. idem. Concitarat jam animum in iram. id.* v. *Indignari.*

IRE. Vbi quaeram? aut *quo nunc primum intendam?*

dam? *Ter.* Vbi quaeram, *vbi inueſtigem*, quem perconter, *quam inſiſtam viam*, incertus ſum. *id.* *Ad* dominas qui *affectant viam.* *id.* *Conuertam me* domũ *cum* obſonio. *id.* *Perreptaui vſque omne oppidum*, ad portam, ad lacum, quo non? *id.* Certum *obfirmare* eſt *viam me, quam decreui, perſequi.* *id.* *Corripuit derepente* tacitus *ſeſe ad* filiam. *id.* Vbi Antiphonem reperiam, aut *qua* quaerere *inſiſtam via.* *id.* v. *Abire.*

IRRITARE. *Si hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga.* *Ter.* *Si augeam, aut etiam adjutor ſim ejus iracundiae*, inſaniam profecto cum illo. *id.* Hiſce ego dictis illam *ita tibi incenſam dabo, vt ne reſtinguas, lacrymis ſi exſtillaueris.* *id.* v. *Offendere.*

IRRITUM FACERE. Omnium ordinum conſenſu pro ſalute reipublicae *geſta reſciderat.* *Cic. in Orat.* v. *Fruſtra agere.*

JUBERE. *Tibi*, pater, *me dedo, quiduis impone.* *Ter.* Dauo *dedam iſtuc jam negotii.* *id.* *Id mihi da negotii.* *id.* v. *Imperare.*

JUDICARE. Qui *tuum animum ex animo ſpectaui meo.* *Ter.* *Ex aliorum ingeniis* nunc *me judicas.* *Id.* Itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium, *aliena melius vt videant ac dijudicent*, quam ſua: an eo fit, quia in re noſtra aut gaudio ſumus *praepediti* nimio, aut aegritudine? *Idem.* *Nunquam te aliter atque es in animum induxi meum.* *id.* Magiſtratus adi, *judicium de eadem cauſa iterum vt reddant tibi.* *idem.* *Quot homines, tot ſententiae*, ſuus cuique eſt mos. *id.* *Rem ipſam putaſti.* *idem.* *Ejus iudicio permitto omnia.* *idem.* Aduerſarios *rapere in pejorem partem*, quam acturi ſumus. *id.* Quod illi maledictum ve-

hemens

hemens esse *existimant*, eam laudem hic *ducit* maximam. *id. Ad contumeliam* omnia *accipiunt* magis. *Id. Ea*, judices, à vobis spero esse in *bonam partem accepta*, ab eo *qui judicium exercet*, certo scio. *Cic. in Orat.* Nemo erit tam *injustus rerum aestimator. Ibid.* Tuum est, Caesar, qui pro multis saepe dixisti, quid nunc mihi animi sit, *ad te ipsum referre. ibid.* Serui igitur iis etiam judicibus, qui multis post seculis *de te judicabunt*, & quidem haud scio an *incorruptius, quam nos.* Nam *& sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio & sine inuidia judicabunt. ib.* Nemo enim fere est, qui *sui periculi judex* non *sibi se aequiorem*, quam reo, *praebeat. ib.* Cum sciamus homines in tantis rebus, vt aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minus famae, quam *aliqua certa ratione commoueri ib. Electi judices, & isti praepositus quaestioni, qui haec juste sapienterque disceptet. ibid.* Illud *in judicium venit. ib.* Qui summum bonum sic instituit, vt nihil habeat cum virtute conjunctum, idque suis commodis, non honestate, *metitur. id. in Off.* Beneuolentiam non *adolescentulorum more, ardore quodam amoris*, sed stabilitate potius & constantia *judicemus. ibid.* Qui *ex errore* imperitae multitudinis *pendet. id.* Studia nostra naturae *regula metiamur. ibid.* Suum quisque noscat ingenium, *acremque se* & vitiorum & bonorum suorum *judicem praebeat. ib.* Venustatem muliebrem *ducere* debemus dignitatem virilem. *ib. Explica atque excute intelligentiam tuam ib.* Qui bona voluptate *terminauerit*, mala dolore. *ibid.* Magnos homines virtute *metiuntur*, non fortuna. *Nep. Vere & salubriter aestimanti* fidem. *Curt. De* judicibus

ferre sententiam. id. Si animus vultu *aestimaretur. id.* Magnitudine corporis animum *aestimare. id. Quid sentiret, expromere* jubet. *id.* v. *Æstimare & non.*

JURARE. *Si forte opus* ad herum *jusjurandum mihi,* non appositum esse, *vt liquido possim. Ter. Liquet mihi dejerare. id. Dabo jusjurandum*, nihil esse istorum tibi. *id. Dejerat persancte. id. Ita me seruet* Jupiter, *vt* propior illi, quam ego sum, nemo est. *id. Obligaret militiae sacramento. Cic. in Off.* Est jusjurandum *affirmatio religiosa; quod* autem *affirmate, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est. ib. Nullum vinculum ad adstrigendam fidem jurejurando* majores *arctius* esse voluerunt. *id. Deos* patrios *testes fidei inuocare. Curt.* Annon propemodum *in tua verba* tui omnes *te praeeunte jurauimus*, eosdem nos inimicos amicosque habituros esse, quos tu haberes? *Hoc sacramento pietatis obstricti* aduersamur. *idem. Jurando* gratiam Scythas *sancire* ne credas, colendo fidem jurant. *id.* v. *Asseuerandi form.*

JUSTUM ESSE. *In quo tantopere* apud nostros *justitia culta est. Cic. in Off. Aduersus* infimos *justitiam esse seruandam. ibid.* Ita *justitia* honestati *adhaeresceret. ibid. Omni* igitur *ratione colenda & retinenda justitia est*, tum ipsa propter sese, nam aliter justitia non esset, tum propter amplificationem honoris & gloriae. *ib.* v. *Injustus.*

JUVARE, RI. Neque pol consilii locum *habeo,* neque *auxilii copiam. Ter.* Juno Lucina, *fer opem,* serua me obsecro. *id. Quibus* & re salua, & perdita *profueram & prosum saepe. id. Quod potero, adjutabo* senem: item vt filium meum amico atque aequali

aequali video *inseruire & socium esse in negotiis*: Nos quoque senes aequum senibus *obsequi. id.* Magnarum saepe *id remedium* aegritudinum *est. idem. Quorum opera* in bello, in otio, *in negotio suo quisque tempore usus est. id. Ferte* misero atque innocenti *auxilium, subuenite* inopi. *id. Succurrendum est. id.* In psalteria ista emenda *hic adjutor fuit, hic curauit. id. His onera adjuta. id. Audaciſſime oneris quiduis impone, & feret. Solus homo est amico amicus. idem.* Pariter nunc *opera me adjuues ac dudum re opitulata es. id.* Summa eludendi occasio est mihi nunc senis, & Phaedriae *adimere curam* argentariam. *id. Sic in vestram accipiatis fidem, vt humanitate vestra leuatus potius, quam acerbitate violatus esse videatur. Cic. in Orat.* Quem Deum, etiamsi cupiat, *opitulari* posse reipublicae credamus? *ib.* Tu idem *fer opem*, qui spem dedisti. *ibid.* Quod *eorum opera forti fidelique usus* essem. *ibid.* Curia *summum auxilium omnium* gentium. *ibid.* Vos, *ne* populo Romano *deesse videamini, prouidete. ibid. Huic qui succurrerit*, non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum. *ib.* Qui tamen *aliqua ex parte iis incommodis mederi fortasse potuisset. ib.* Mihine ea soli, qui pro te toties me morti obtuli, *nihil potest opitulari. ibid. Magnum attulimus adjumentum* hominibus nostris. *Ib. in Off. Quaecunque homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, aut beneuolentiae gratia faciunt, &c. ib.* Vt *ei subueniatur*, qui potentis alicujus opibus circumueniri vrgerique videtur. *Ib.* Cum praesertim nec *necessitati subueniatur, nec dignitas augeatur. ib.* Summi cujusque bonitas *commune perfugium est omnium. ib.* Plurimum gratiae

consequuntur *latissimeque eorum manat industria. ib.* Hoc natura praescribit, vt *homo homini, quicunque sit, consultum velit. ibid. Auxilio esse. Nep. Subsidio venire. id.* Saepe suis opibus *inopiam eorum leuauit. Id.* v. *Assistere.* it. *Auxiliari, Prodesse & Socius.*

Juvenis. *Eximio aetatis flore,* in paucis Alexandro charus. *Curt.* Juuenis erat, *primo aetatis flore pubescens. id. Tam viridem & in flore aetatis* fortunaeque ereptum esse rebus humanis. *idem.* v. *Adolescens.*

Juxta. *Ad* villam suam, *quae viam tangeret, Cic. in Orat.* v. *Versus.*

L.

Laborare. *Opus faciam, vt defatiger* vsque, ingratiis vt dormiam. *Ter.* Corrasi omnia, ancillas, seruos, nisi eos, qui *opere rustico faciundo facile exercent sumptum suum. idem.* Nunc eum *maxime operis aliquid facere* credo. *id. Exercendum* tamen *est corpus & ita afficiendum,* vt obedire consilio rationique possit, *in exequendis negotiis & in labore tolerando. Cic. in Off. Intentus operi* diurno. *Curt.* Ne *nocturna quidem quiete diuturnum laborem relaxante. id.* v. *Studiose agere.*

Lacerare. Vestem omnem miserae *discidit,* tum ipsam capillo *conscidit. Ter.* v. *Perdere.*

Lacrymare. Haec verba mehercule vna *falsa lacrymula, quam oculos terendo misere vix vi expresserit, restinguet. Ter. Lacrymas excussit mihi,* miseretque me ejus. *id.* Homini illico *lacrymae cadunt, quasi puero,* gaudio. *id.* Quem diem sic vniversa ciuitas Athenienssium prosecuta est, vt *lacrymis* desiderii futuri *dolorem indicaret. Nep. Lacrymisque obortis,*

obortis, *quales* Darius *profuderat*. *Curt*. *Ad* hanc vocem *lacrymae obortae prodidere animum* aſpernantis id munus. *id*. *Plures* igitur *lacrymas commouere*, *quam profuderant ipſi*. *idem*. *Abſterſis*, *quas profuderat*, *lacrymis*. *idem*. Artabazum, vltimum illum viſurus, amplectitur, *perfuſusque mutuis lacrymis* inhaerentem ſibi auelli jubet. *id*. Laceratisque veſtibus *lugubri & barbaro vlulatu* Regem *deplorare* cœperunt. *Id*. Tam indignam illo faſtigio mortem *lacrymis proſecutus eſt*. *idem*. Ira in miſericordiam verſa, ne ipſe quidem, quanquam cuperet, *temperare oculis potuit*; tandem vniuerſa concione *effuſius flente*. *Id*. *Plenus lacrymarum*. *Id*. Humi poſtrauerat corpus, *gemitu ejulatuque miſerabili* tota *perſonante* regia. *id*. v. *Plorare*.

Lædere. Remittas jam *me onerare injuriis*. *Ter*. Edico tibi, *ne vim facias vllam in illam*. *idem*. *Facis adeo indigne injuriam illi*, qui non abſtineas manum. *Id*. *Tibi à me nulla eſt orta injuria*. *Id*. *En vnquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam injuriam, quam haec eſt mihi*. *id*. Nouo modo *ei faceres contumeliam*. *id*. Nauiculatoribus *injurioſius tractatis*. *Cic*. *in Orat*. Remp. tamen non *vulnerauerunt*. *id*. v. *Injuſtus*.

Lætari. v. *Gaudere*.

Languescere. Primum animi, deinde corpora *deficere* cœperunt. *Curt*. *Exhauſtis animi viribus*. *idem*. v. *Defatigare*.

Lapidare. Macedonum more *ſaxis obruebatur*. *Ter*. Ceruix ejus *ſaxo icta eſt*. *id*. v. *Jacere*.

Latere. Ille autem bonus vir *nusquam apparet*. *Ter*. Ignari *in qua parte* petrae tanta vis hoſtium *condita eſſet*. *Curt*. *In quo ſe* barbari *abdiderant*. *id*. v. *Abſcondere*.

LATUM ESSE. Circuitus ejus triginta & duo stadia *comprehendit. Curt.* Quatuor *in latitudinem* stadia *diffusum*, profundo alueo & nusquam vada aperiente, *speciem vasti maris fecerat. id.* v. *Magnus.*

LAVARE. *Ablue corpus illuuie aeternisque sordibus squalidum. Curt.* v. *Sordidus.*

LAUDARE. *Uno ore omnes omnia bona dicere & laudare* fortunas meas. *Ter.* Munus nostrum *ornato verbis, quod poteris. id.* Di vestram fidem! *quantam & quam veram laudem capiet* Parmeno! *idem.* Postquam eis mores ostendi tuos & *collaudaui secundum facta & virtutes tuas. id. Laudine an vitio duci* id factum oporteat. *id.* Di vestram fidem! vtrum studione id sibi habet, an *laudi* putat *fore*? *Id. Laudarier* te audit libenter: *facio te apud illam Deum. Id.* Non sat tuum te officium feciſſe, si non *id fama approbet. id. Quem laudibus effers, Cic. in Or.* Cum *omne olim studium atque omne ingenium contulerit* Archias, *ad* populi Rom. *gloriam laudemque celebrandam. ibid.* Qui non *mandari versibus aeternum suorum laborum praeconium* patiatur. *ib.* Quarum ingeniis haec feruntur, *ab iis* populi Romani *fama celebratur. ibid. Iis laudibus* — populi Romani *nomen ornatum. In cælum* hujus proauus Cato *tollitur*: *magnus honos* populi Rom. *rebus adjungitur*: omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fuluii *non sine communi omnium nostrum laude decorantur. ibid.* Tuae virtutis *Homerum praeconem inueneris. ibid. Nullam* enim virtus *aliam mercedem laborum periculorumque desiderat, praeter hanc laudis & gloriae. ib.* His recentibus nostris vestrisque domesticis periculis *aeternum se testimonium laudum daturum esse* profitetur.

tur. *Ibid.* *Nullam laudem esse ampliorem, quam eam, quam* hodierno die *consecutus es.* *Ib.* Bellicae *tuae laudes celebrabuntur* illae quidem non solum nostris, sed pene *omnium gentium literis atque linguis, neque vlla vnquam aetas de laudibus tuis conticesçet.* *ib.* Alii *laudibus ad cœlum* res tuas gestas *efferent.* *ib.* O clementiam admirabilem, atque *omni laude, praedicatione, literis monumentisque celebrandam!* *ibid.* Erat aliquid in vtraque parte, quod *probari* posset. *ibid.* Frugi hominem dici *non multum habet laudis in* Rege. Fortem, justum — *hae sunt regiae laudes.* *ib.* Quae si *in* priuatis *gloriosa sunt, multo magis commemorabuntur in* regibus. *ibid.* Collegae meo *laus impertitur.* *ibid.* Vitae *tantam laudem, quanta* vocem meam vestris decretis *honestatis, nemo est assecutus.* *ibid.* Sit clarus ille -- *ornetur eximia laude* -- *habeatur vir egregius* -- *sit in aeterna gloria* -- *anteponatur omnibus,* cujus res gestae atque virtutes *iisdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur, erit* profecto *inter horum laudes aliquid loci nostrae gloriae.* *ib.* Me L. Lucullo *tantum impertiri laudis, quantum* forti viro & sapientissimo homini, & magno Imperatori *debeatur.* *ibid.* Imperatoribus *laus est tribuenda.* *ibid.* *Virtuti* Pompeji *quae potest par oratio inueniri?* *Quid est quod quisquam* aut *dignum illo,* aut vobis nouum, aut cuiquam inauditum *possit afferre?* *ibid.* Dubitaret id fateri, *ex quo* etiam *praemia laudis essent petenda.* *ib.* *Quae mihi contribuenda laus esset ipsi.* *ib.* *De me,* inquit, *semper* pop. Rom. semper omnes gentes *loquentur, nulla vnquam obmutescet vetustas;* quin hoc tempore ipso, cum omnes à suis inimicis faces inuidiae meae subjiciantur, tamen *omni in hominum cœtu* gratiis agendis ac

gratulationibus habendis & *omni sermone celebramur. Ibid. In laudibus* quae magno animo & fortiter excellenterque gesta sunt, *ea* nescio quomodo *quasi pleniore ore laudamus. Id. in Off.* Mihi quidem certe *vir abundans bellicis laudibus* Cn. Pompejus, multis audientibus, *hoc tribuit*, vt diceret &c. *ib.* Quidam *ad eas laudes, quas* à patribus *acceperunt, addunt aliquam suam*; vt hic idem Africanus eloquentia *cumulauit* bellicam *gloriam*, quod idem fecit Timotheus, Cononis filius, qui cum *belli laude non inferior* fuisset, quam pater, *ad eam laudem* doctrinae & ingenii *gloriam adjecit. ibid.* Optima hereditas à patribus *traditur* liberis, omniq; patrimonio praestantior *gloria virtutis rerumque gestarum. ib.* Nostri autem Magistratus Imperatoresq; *ex* vna hac re *maximam laudem capere* studebant. *ibid. Tamdiu laudabitur, dum memoria rerum* Romanarum *manebit. ib. Prima est* igitur adolescenti *commendatio ad gloriam. ibid. Laude affici* solent. *ib. Neque* vero *verbis auget* suum munus, si quo forte fungitur, *sed etiam extenuat. ib. Huic* nec *laus magna tribuenda est*, nec gratia. *ibid.* Cum ea res *innumerabilibus officiis & laudibus contineretur. ib. Ista laus* non *est* hominis, sed temporum. *ibid. In virtutibus ejus commemorari. Nep. Laudi ducitur* adolescentulis. *id. Summis eum effert laudibus. id. In cœlum fuerat elatus laudibus. id. Laude digna ducentur. id. Eximie collaudatus est. id.* Gubernator *praecipua laude fertur. id.* Nec duces quidem copiarum sua *laude fraudandi sunt. Curt. Nulla erit tam surda posteritas, nulla tam ingrata fama, quae non in cœlum vos debitis laudibus ferat. id. Merita* deinde *percensuit. id.* v. *Excellere, Nomen immortale consequi &c.*

LAUDANDI FORM. QVÆDAM. *Hominis frugi atque temperantis functus es officio. Ter. Quid ego nunc te laudem? satis scio, nunquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin superet tua. idem. O lepidum caput. id.* O pater mi *festiuissime. id. Vereor in os te laudare amplius, ne assentandi magis,* quam quo habeam gratum, *facere* existimes. *id. Non illae sunt solae virtutes* imperatoriae, *quae vulgo existimantur,* labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo: Quae *tanta sunt in hoc vno, quanta in omnibus reliquis* imperatoribus, *quos aut vidimus, aut audiuimus, non fuerunt. Cic. in Or.* Hortensium *lumen ac ornamentum* Reip. *ibid.* v. *Epitheta ad laudandum.*

LEGES FACERE. *Leges, quae de* ciuium Rom. supplicio *rogatae sunt. Cic. in Or. Legem* Semproniam *esse de* ciuibus Rom. *constitutam. ibid. Vetus disciplina* Regum silentium *vitae periculo sanxerat. Curt. Legem* Macedonum veriti, *qua cautum erat. idem.* v. *Praescribere.*

LENIS. *Ingenio* te *esse in* liberos *leni* puto, & illum obsequentem, si quis recte aut commode tractaret. *Ter.* Mihi si vnquam filius erit, nae *ille facili me vtetur patre*: nam *& cognoscendi & ignoscendi dabitur peccati locus. id.* Pessime istaec in te atque in illum consulis, si te tam *leni & victo esse animo* ostenderis. *id. Nimium illi,* Menedeme, *indulges. id. Quemquamne animo tam comi esse aut leni putas? Id.* Faciam id, *quod est ad seueritatem lenius. Cic. in Orat.* Habemus senatus consultum in te, Catilina, *vehemens & graue; Non deest* Reip. *consilium neque*

auctoritas hujus ordinis: *nos*, dico aperte, consules *desumus*. *id. Cupio* P. C. *me esse clementem*, *cupio* in tantis reip. periculis *non dissolutum videri*, sed jam *meipsum inertiae pigritiaeque condemno*. *ib. Mea lenitas adhuc si cui solutior visa est*, *hoc expectauit*, vt id, quod latebat, erumperet. *ib.* Sin *remissiores esse* voluerimus. *Ibid.* Nihil laudabilius, *nihil* magno & praeclaro viro *dignius placabilitate atque clementia*. *Id in Off.* Erat Dario *mite ac tractabile ingenium*, nisi etiam suam *naturam* plerumque *corrumperet fortuna*. *Curt.* v. *Indulgere*. it. *Seuerus*.

LIBERALIS. Et habet, quod det, & *dat nemo largius*. *Ter.* De te *largitor*, puer. *Id.* Quae *istaec* subita *est largitas*? *Id.* Mores ejus erunt spectandi, *in quem beneficium conferatur*. *Cic. in Off.* Optime societas hominum conjunctioque seruabitur, si vt quisque erit conjunctissimus, ita *in eum benignitatis plurimum conferetur*. *ib. Pecuniam — ad liberalitatem beneficentiamque conferre*. *ib. Nec ita claudenda est res familiaris*, *vt eam benignitas aperire non possit*, *nec ita reseranda*, *vt pateat omnibus*; *modus adhibeatur*, *isque referatur ad facultatem*. *ib. Propensior benignitas esse* debet *in* calamitosos. *ib.* Danda igitur opera est, vt *hos beneficiis quam plurimis afficiamus*. *ibid. In dando munificum esse*. *ib.* Commeatus *large & hospitaliter* ex oppido *adduxerunt*. *Curt. Cum donis opulentiae regalis occurrit*. *id. Magnificentissime aliquem donare*. *idem. Liberalitas* saepe *majora tribuentis*, *quam à* Diis *petuntur*. *id.* v. *Beneficus*. it. *Donare*.

LIBERARE. Si *te inde exemerim*. *Ter.* Spero consuetudine & conjugio liberali deuinctum dehinc *facile*

cile ex illis sese emersurum malis. Id. Viden' me consiliis tuis miserum impeditum esse? at jam expediam. Id. Tu rem impeditam restitues? Id. Hac re te omni turba euolues. id. Vah quomodo me ex hac turba expediam? id. Ego vos solui curis caeteris. id. Potius, qui te expedias hisce aerumnis, reperias. id. Vix illinc abstraxi atque impeditum in ea expediui animum meum. id. Me hac suspicione exsoluam, & illi morem gessero. id. Nescis Parmeno, quantum hodie profueris mihi, & ex quanta aerumna me extraxeris. id. Tanta impendent mala, quae neque vti deuitem scio, neque quomodo me inde extraham. id. Illas errore, & te simul suspicione exsolues. id. Ex crimine hoc Antiphonem eripiam. id. Cura se expediuit. id. Ego nullo possum remedio me exsoluere ex his turbis. id. Nosque amicos ejus exoneraßis metu. id. Vrbem — ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruatam. Cic. in Orat. Quarum amore adducti dissolui nullo modo possunt. ib. Vrbem hodierno die, Deorum immortalium erga vos summo amore, laboribus, consiliis periculisque meis, ex flamma atque ferro ac pene ex faucibus fati ereptam & vobis conseruatam ac restitutam videtis. ib. Non facile hanc tantam molem mali à ceruicibus vestris depulissem. ib. Erepti enim ex crudelissimo ac miserrimo interitu, & erepti sine caede, sine sanguine. ibid. Video vos non solum de vestro ac Reip. verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse solicitos. ibid. Quam multis vndique cinctam periculis non terrore belli, sed celeritate consilii explicauit. ib. Si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidisset, omnis honesta

ratio

ratio esset *expediendae salutis. Ibid. Ex seruitute in libertatem vindicare. Nep.* Thebas *ab interitu retraxit. Id. A* Syracusiis *inueteratam seruitutem depelleret. Id. Quibus ex malis* vi *se emersit. idem.* Si eam veniam sibi dedisset *tantisque implicitum rebus subleuasset. id.* Quindecim millia hoc pacto *subducta saeuitiae sunt. Curt.* Perpetua fortuna Regis *auertit* inde *hostem. id. Eripite* viscera mea *ex vinculis, restituite mihi* pignora, pro quibus ipse mori non recuso. *id. Vindicate ab vltimo dedecore* nomen gentemque Persarum. *id.* Captiuos *libertate atque immunitate donauit. id. Habeo te incolumem ex impiorum manibus ereptum. id. Praesenti periculo est ereptus. id.* Quoties fortuna illum *à* morte *reuocauit*, quoties temere in pericula vectum *perpetua felicitate protexit. id.* v. *Conseruare.* it. *Restituere in integrum.*

LIBEROS GENERARE. Oxatris, Persae filiam, mecum matrimonio junxi, non indignatus *ex* captiva *liberos tollere. Curt.* v. *Gignere.*

LIBIDINOSUS. *Ingenium est* omnium hominum *à* labore *procliue ad libidinem. Or.* Vbi *animus semel se cupiditate deuinxit mala*, necesse est consilia consequi consimilia. *id. Lasciuia diffluit. id.* Nemo illorum quisquam, scito, ad te venit, quin ita paret sese, abs te vt blanditiis suis quam minimo pretio *suam voluptatem expleat. id. A* liberis medius fidius & conjugibus vestris nunquam ille *effraenatas suas libidines cohibuisset. Cic. in Or.* De die inibat conuiuia, quibus *fœminae* intererant, non quidem quas *violari* nefas esset, quippe pellices *licentius, quam decebat*, cum armato *viuere assuetae. Curt. Acrior ad*

vene-

venerem fœminae (Thaleſtris) *cupido*, quam Regis, vt paucos dies ſubſiſteret, perpulit. *id.* Hic vero *palam cupiditates ſuas ſoluit, continentiamque* & moderationem, in altiſſima quaque fortuna eminentia bona, *in* ſuperbiam ac *laſciuiam vertit. Id. Minus jam cupiditatibus ſuis imperantis* inter obſequia fortunae, contra quam non ſatis cauta eſt mortalitas. *idem.* v. *Voluptarius.*

LICENTIAM USURPARE. *Quid haec* repens conſternatio & tam *procax atque effuſa licentia denunciat? Curt. Nullum profundum mare, nullum vaſtum fretum & procelloſum tantos ciet fluctus, quantos* multitudo *motus habet, vtique ſi noua* & breui duratura *libertate luxuriat. id.* v. *Audax.* it. *Temerarius.*

LICERE. *Vobis datur poteſtas* condecorandi ludos ſcenicos. *Ter.* Panſa fecerit, vt *id jam integrum non eſſet. Cic. in Or. Vult hoc* multitudo, *patitur* conſuetudo, *fert* etiam humanitas. *Id. in Off.* Quod aut *per* naturam *fas eſſet*, aut *per leges liceret. ibid.* v. *Permittere.*

LITIGARE. Quid agam? adeamne ad eum & *cum eo injuriam hanc expoſtulem, mala ingeram multa? Ter.* Vicini noſtri hic *ambigunt de* finibus: me cepere arbitrum. *idem. Adortus jurgio* fratrem. *id.* v. *Accuſare.* it. *Expoſtulare.*

LOQUI. Nunquam cuiquam noſtrum *verbum fecit. Ter.* Dum *ſermones caedimus. idem. In ore eſt* omni populo. *id* Jam tu *fundis verba* hic ſapientia. *Idem.* Hanc *habere orationem mecum* à principio inſtituit. *id. Eructant ſermonibus ſuis* caedem bonorum atque vrbis incendia. *Cic. in Orat.* Quae in ſenatu

senatu saepe *ab* inimicis, ab improbis *saepe jactata sunt. ib.* Quae cruenta antea caede honesti atque innocentis viri ferebatur, eadem nunc *vsurpatur. ib. Sermo in* circulis, disputationibus, congressionibus familiarium *versetur*; *persequatur* etiam conuiuia. *Id. in Off. Sit* igitur *hic sermo, in quo* Socratici *maxime excellunt, lenis, minimeq; pertinax: insit in eo lepos. Ibid.* Videat inprimis, quibus de rebus loquatur, si seriis, *seueritatem adhibeat*, si jocosis, *leporem. Ibid.* Danda opera est, vt, etiamsi *aberrare ad alia* cœperit, *ad haec reuocetur oratio. Ib.* Curandum est, vt eos *quibuscum sermonem conferimus*, & vereri & diligere videamur. In quibus *vtendum est* fortasse & *vocis contentione majore, & verborum grauitate acriori. ib.* Turpe est valdeque vitiosum in re seuera *conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem. ibid.* Alia est illa, cum *veritas ipsa limatur in* disputatione *subtilius*: alia cum *ad* opinionem communem *omnis accommodatur oratio. ib. Popularibus* enim *verbis est agendum & vsitatis*, cum loquamur de opinione populari. *ib. Mihi* autem *haec oratio suscepta* non de te *est. ib. Verba facere. Nep.* Nec *incassum* postremas *voces emissurus. Curt. Multoque inuicem de* aliis rebus *consumpto sermone. idem.* Vna *vox erat* pari *emissa* consensu. *idem.* Cum suspicaretur *malignius habitum esse sermonem. idem.* Tandem obstinatum *silentium rumpite. Id. Voce deficiens, quam* & modicus cibus & ceruicis *extenuabat dolor. Id.* v. *Narrare.* it. *Garrire*, & *Tacere.*

Lorica. *Tegumenta* erant *ex ferreis laminis, serie inter se connexis. Curt.* v. *Nectere.*

Lubricus. Gradum firmare vix poterant, cum modo

modo saxa *lubrica vestigium fallerent*, modo rapidior vnda subduceret. *Curt.* v. *Cadere.*

Lucere. Nec sidera *pristinum praestare* possunt *fulgorem. Curt. Nitidior lux discussa caligine* aciem hostium *ostenderat. Id.* v. *Caligo.*

Lucrari. Vt malis gaudeant alienis, atque *ex incommodis alterius sua vt comparent commoda. Ter.* Tam facile *victum quaerere. Id.* Si redimat, *magnum inesse in ea re lucrum. Id.* Vti *quaestum faceret. id. Retraham* hercle, opinor, *ad me idem illud fugitiuum argentum* tamen. *id.* Ne non *tibi istud fœneraret. id. De summa nihil decedet: quod hinc accesserit, id de lucro putato esse. id.* Quicquid praeter spem eueniat, omne *id deputare esse in lucro. id.* Aliis aliunde est periculum, *vnde aliquid abradi potest:* mihi sciunt nihil esse. *id.* Qui *pecuniam* ex aerario depromptam ad bellum administrandum -- propter auaritiam Romae *in quaestu reliquerit. Cic. in Orat. Habere quaestui* Remp. *non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. Id. in Off.* v. *Acquirere.*

Ludibrio habere. Seque sacram ejus mensam, *ad ludibrium recidentem*, sine lacrymis conspicere non posse. *Curt. In longum sui ludibrium reseruauerant. Id. Noua ludibria subinde excogitante* fortuna *id.* Celebratam Macedonum fortitudinem *ad ludibrium recidisse. id.* v. *Illudere.*

Luere. Manus admouere metuebat, ne *in ipsius caput* parum prosperae curationis *recideret euentus. Curt.* v. *Punire.*

Lues. Scabies corpora inuasit, & *contagium morbi* etiam *in alios vulgatum est. Curt.* v. *Pestis est.*

Lugere. *In magnos luctus incidit. Cic. in Off.*

Omnia

Omnia planctu tumultuque, prout cuique fortuna erat, castra *repleuerat. Curt. Lugubris clamor barbaro vlulatu planctuque permixtus. id. Ingenti gemitu ejulatuque deflebant. id.* v. *Dolere.*

LUNÆ QUADRANS. *Cum eminent cornua (lunae) nondum totum orbem sidere implente. Curt.* Lunae cursu notant tempora, *non*, vt plerique, *cum orbem sidus impleuit, sed cum se curuare cœpit in cornua. id.* v. *Imperfectus.*

LUXURIOSUS. Patria qui *abligurierat bona. Ter. Profundat, perdat, pereat. id. Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. Cic. in Orat.* Patrimonia *sua profuderunt, fortunas suas abligurierunt. ibid.* Accubantes in conuiuiis, complexi mulieres impudicas, *vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti, vnguentis obliti, debilitati stupris. ib. Qui* se insperatis repentinisque pecuniis *sumptuosius insolentiusque jactarunt. ibid.* Cauendum est etiam, praesertim si ipse aedifices, ne *extra modum sumptu & magnificentia prodeas. Id. in Off. Opipare apparatum erat conuiuium. ibid. Epulabatur more Persarum luxuriosius. Nep. Viuebat laute, & indulgebat sibi liberalius, quam vt inuidiam* vulgi *posset effugere. id. Vino epulisque dediti. id* Nolo meis impensis illorum *ali augerique luxuriam. id. In hanc vrbem* totius Persidis *opes congesserunt* barbari, *aurum argentumque cumulatum erat. Vestis ingens modus, supellex non in vsum modo, sed ad ostentationem luxus comparata. Curt. Regum luxuria*, quam ipsi magnificentiam appellant, *supra omnium gentium vitia. id. Luxu omnia fluere* crediderim & *nimia felicitate mergi in voluptates. idem.* Cultus opulentiae barbarae non alios magis honestabat,

ſtabat, *illi aureos torques, illi veſtem auro diſtinctam habebant, manicatas tunicas gemmis etiam adornatas. id.* v. *Libidinoſus.*

M.

MAGISTRATUM CONSTITUERE, GERERE, EOVE SE ABDICARE. *Non mediocri cupiditate arripuit imperium*, ſi illud imperium eſſe potuit, quod *ad priuatum, clamore multitudinis imperitae, nullo publico conſilio deferebatur. Cic. in Or.* Ter praetor -- *renunciatus. ib.* De *imperatore ad id* bellum *deligendo ac tantis rebus praeficiendo. ibid. Prouinciam accepit* inuitus, *cui ſic praefuit* in pace, *vt & ſociis gratiſſima eſſet ejus integritas & fides* -- Qui praetor Africam *obtinuerat. Ibid. Conceſſos faſces laureatos tenui. ib.* Itaque eos ne *ad Remp.* quidem *acceſſuros* putat, niſi coactos. *Id. in Off.* Fructuoſior autem hominum generi & ad claritatem amplitudinemque aptior eorum, *qui ſe ad Remp. & ad res magnas gerendas accommodauerunt. ib. Remp. non capeſſentibus. ibid.* Iis, qui habent à natura adjumenta rerum gerendarum, abjecta omni cunctatione *adipiſcendi magiſtratus, & eſt gerenda reſp. ib. Cum verſaremur in rep. ib. Nobis Remp. gubernantibus. ib. Reip. praefuturi ſunt. ib. Procuratio reip. ad vtilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa, gerenda eſt. ib. Remp. adminiſtret. ibid. Maximas geri res* & maximi animi *ab iis, qui Remp. regant, quod eorum adminiſtratio latiſſime pateat ad plurimosque pertineat. ib.* Eſt igitur proprium munus magiſtratus, intelligere, *ſe agere perſonam ciuitatis, debereque ejus dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, jura deſcribere, ea fidei ſuae commiſſa meminiſſe.*

miniſſe. ibid. Vtinam *Reſp.* ſtetiſſet, quo cœperat, ſtatu, nec *in homines*, non tam commutandarum rerum, quam euertendarum cupidos, *incidiſſet. ib.* Poſteaquam honoribus inſeruire cœpi, *meque totum Reip. tradidi. ib. Ponit perſonam* amici, cum *induit* judicis. *ib. Tenere* conſularis *dignitatis gradum. ib.* Nec vero imperia *expetenda*, ac potius aut *non accipienda*, aut *deponenda nonnunquam. ib. A Rep. receſſerunt, cum ejus adminiſtrandae poteſtatem aliis laudemque concederent. ib. Quibus ſummum imperium poteſtatemque omnium rerum committeret. Nep. Totaque Reſp. domi bellique tradita, vt vnius arbitrio gereretur. id.* Cujus *belli ſumma cum ei eſſet data. id. Poteſtates ſummas, quae ei à populo mandabantur. id. Summam imperii ad eum detulit. id. Multum in imperiis magiſtratibusque verſatus. id. Magiſtratum depoſuit. id. Poteſtate expulſus. id. Eum* Lacedaemonii *ab exercitu remouerunt. id.* Finibus Muſicanis deinde in ditionem redactis, *vrbi eorum imperium impoſuit. Curt.* Philippo *ſubſtituit* Eudaemonem, dux erat Thracum. Abiſaris *regnum* filio ejus *attribuit. id. Summam imperii ad* Perdiccam *deferre. id. Capite opus eſt. id.* Illud ſcire debetis, *militarem ſine duce turbam corpus eſſe ſine ſpiritu. Id.* v. *Imperare.* it. *Regere.*

Magnanimus. *Eſt quodam incredibili robore animi. Cic. in Or.* Splendidiſſimum videri, quod *animo magno elatoque, humanasque res deſpiciente* factum ſit. *Id. in Off.* Ipſe populus Rom. *animi magnitudine excellit. ibid.* Cannenſi calamitate accepta, *majores animos habuit*, quam vnquam rebus ſecundis. *ibid.* Quae contumelia *non fregit eum, ſed erexit. Nep.*

Hac

Hac ille perculsus plaga non succubuit — Sed exiles res *animi magnitudinem etsi non frangebant, tamen imminuebant. id. Cape regis animum. Curt.* Oro & obtestor, *nobilitate vestra genteque dignos spiritus capiatis. id.* Rex *eminebat inter omnes*, non armorum modo & corporis specie, sed etiam *magnitudine animi, quo vno vinci non potuit. id. In queis & magnitudinem animi*, & claritatem rerum *longe emicuisse* credebat. *Id. Magnitudinem ejus animi interritam ac ne fortuna quidem infractam. id.* v. *Animosus.* it. *Constans, Fortis, Pusillanimis.*

MAGNIFICUS. *Apparatu regio vtebatur. Nep. Omnes* Athenienses *splendore ac dignitate vitae superasse. id.* v. *Luxuriosus.* it. *Vestitus &c.*

MAGNUS, MAGNUM ESSE. It. *Magnitudinem determinandi form. quaedam.* Hic dies imperium, *quo nullum amplius vidit aetas*, aut constituet, aut finiet. *Curt.* Belluam *ingentis & inusitatae magnitudinis. id.* Leo *magnitudinis rarae. id. Eximia magnitudo. id. Super caeteras* belluas *eminens. id.* Stabant *ingentes vastorum corporum moles. id.* Potus *humanae magnitudinis propemodum excesserat formam, magnitudini adjicere videbatur* bellua, quae videbatur *tantum inter caeteras eminens, quantum aliis ipse praestabat. id.* Rupes in eo decem *in circuitu* stadia *complectitur*, quatuor *in amplitudinem excedit. id.* Petra *in altitudinem* triginta *eminet* stadia, *circuitu* CL *complectitur. Id. Prope in immensum spatium diffusae*, proceris & *in eximiam altitudinem editis* arboribus vmbrosae. *id.* Rupes in eo x. *in circuitu stadia complectitur*, quatuor *in altitudinem excedit. id.* India tota ferme spectat orientem, *minus in latitudi-*

tudinem, quam recta regione spatiosa. id. Quae austrum accipiunt, *in altius terrae fastigium excedunt. id.* v. *Excellere.*

MALEVOLUM ESSE, REDDERE. *Nullum habes,* Caesar, *adhuc in* Q. Ligario *signum alienae à te voluntatis. Cic. in Orat.* Subest nimirum altius malum, quod *omnes auertit à me. Curt.* v. *Beneuolus.*

MALITIOSUS. Viris *esse aduersas aeque studium est, similis pertinacia est, in eodem omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam, & ei ludo, si vllus est, magistram hanc esse satis certe scio. Ter.* v. *Aduersari.*

MALUS. *In* amore *haec omnia insunt vitia. Ter. Pejore res loco non potest esse, quam in hoc, quo nunc sita est. id.* v. *Vitiosus.* 318.

MANDARE. *Id mihi da negotii. Ter.* Vicinitati *dant negotium. Nep.* Ducibus *negotium datur. Curt.* v. *Committere.* it. *Jubere.*

MANE. *Orto sole. Curt. Die jam illustri. idem. Ante lucem id. Quoque propius nox vergit ad lucem. id. Sub lucis ortum. id. Luce orta. id. Circa lucis ortum. id.* Peracta nocte *sub lucis exortu. id. Jamque lux appetit. id. Nondum satis clara luce. idem.* v. *Temporis differentias &c.*

MANERE. Hunc vero *domi* certum *obsidere* est, vsque donec redierit. *Ter. In* Africa *restitit. Cic. in Orat.* Ne *residere in te* vllam partem iracundiae suspicemur -- *usque eo se tenuit* -- *quoad. ib. Haerere in animis* hominum solicitudinem sempiternam. *ib. Residebit in* Rep. reliqua conjuratorum manus. *ibid.* Consulto *se domi continebat. ib.* Si *imaginem* judiciorum *aut simulacrum aliquod in* ciuitate *reliquum* credidisset. *ib.* Quae (macula) *penitus jam insedit*

sedit atque inueterauit in populi Rom. nomine. *ib.* Ii beatissimi esse videantur, *apud quos ille diutissime commoratur. ib.* Nec *eo in loco subsedit. ib.* Quam primum tetigero ciuitatem bene moratam ac liberam, *in ea conquiescam. ibid. Nunquam inde* nisi in patriam *vestigium moturos. Curt.* v. *Expectare.* it. *Morari.*

MANIFESTUS, MANIFESTARE. Hoc, quod fecit, *res ipsa indicat. Ter.* Nunc vero *palam est. id.* Si illius insidiae *clariores luce hac fuerint. Cic. in Or.* Vt, *omni errore sublato, rem plane,* quae venit in judicium, *videre possitis. ib. Res erat minime obscura. ib. Res loquitur*, judices, *ipsa*, quae semper valet plurimum. *ib.* Cum *res ipsa tot, tam claris argumentis signisque luceat. Ib.* Vita talis & ciuis & viri fidem non faciebat, nisi *eo tacente res ipsa loqueretur. ibid.* Fingi haec putatis, *quae patent, quae nota omnibus, quae tenentur. ibid.* Quae quanquam *ita sunt in promptu, vt res disputatione non egeat*: tamen sunt à nobis alio loco disputata. *id. in Off.* Æquitas *lucet ipsa per se*; dubitatio autem cogitationem significat injuriae. *ib.* Vt *non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. ib. Patefactus* enim locus ipse est, *vt non sit difficile in exquirendo* officio, quid cuique sit praeponendum, *videre. ib. Ex quibus* omnibus multisque aliis *perspicuum est. ibid.* Vt id, *quod latebat, erumperet. Id. in Orat.* Illa *consilia*, quae *clam* essent *inita*, contra salutem omnium cogitata, *illustrata & patefacta* vidistis. *ib.* Cruentis manibus scelus & facinus *prae se ferens. ib. Sustinuisset hoc crimen* primum ipse ille latronum *& occultator & receptator locus, dum neque muta solitudo indicasset,*

neque caeca nox ostendisset Milonem. *Ibid.* Indicia communis exitii *indagaui, patefeci, protuli,* extinxi. *ib.* v. *Apparere.* it. *Detegere.*

MARCHIREN. v. *Proficisci.*

MATERIAM DICENDI HABERE, NON HABERE. *Sermonem quaerere, vbi friget, huc euasit. Ter.* Omissaque controuersia *omnis oratio ad* misericordiam tuam *conferenda est. Cic. in Orat. Nullo modo mihi deesse potest oratio. Quae* quoniam *angustiora parietes faciunt, actioque causae maxime debilitatur loco. ib.* In hac insolita *mihi* ex hoc loco ratione dicendi *causa talis oblata est — in qua oratio nemini deesse potest* — Hujus autem *orationis difficilius est exitum, quam principium inuenire.* Itaque *mihi non tam copia, quam modus in dicendo quaerendus est. ibid.* v. *Prolixus.* it. *Breuem esse.*

MEDITARI. Illum & *in otio de negotiis cogitare & in solitudine secum loqui* solitum: *vt neque cessaret vnquam, & interdum colloquio alterius non egeret. Cic. in Off.* Ex quo intelligi debet, illum *mentis agitatione inuestigationeque earum rerum, quas cogitando consequebatur, nec otiosum, nec solum vnquam fuisse. ibid.* Non tantum roboris habemus, vt *cogitatione tanta à* solitudine *abstrahamur. ib.* v. *Cogitare.* it. *Considerare.*

MEMINISSE, MEMOREM REDDERE. *In memoria habes. Ter. Etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo* Chrysidis. *id. Haec habui in memoria. id. Mihi istuc non in mentem venerat. id. Redige in memoriam. idem. Si meministi,* quod olim dictum est, *subjice. Rem non dico quasi non noris. id. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti tem-*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862862442/phys_0208
DFG

temporis & pueritiae memoriam recordari vltimam. Cic. in Orat. Soleo *saepe ante oculos ponere* — res gestas. *ibid.* Cum tuis omnibus negotiis interessem, *memoria teneo* qualis tum T. Ligarius — fuerit erga te — spero etiam te, qui *obliuisci nihil soles*, nisi injurias — etiam *de* aliis quibusdam quaestoribus *reminiscentem recordari. ib. Repete* temporis *illius memoriam, pone illum ante oculos* diem; vultus hominum te intuentium atque admirantium *recordare. ib.* Quibus pro tantis rebus nullum ego à vobis praemium virtutis, nullum insigne honoris, *nullum monumentum laudum postulo: praeterquam* hujus diei *vestram memoriam sempiternam. In animis ego vestris* omnes triumphos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriae, laudis insignia *condi & collocari volo. ib.* Calamitate docti *memoria retinere debemus. ibid. Nullam adhibuit memoriam* contumeliae. *Nep.* Idem *immortali memoria* recepta *retinebat* beneficia. *id.* v. *Obliuisci.* it. *Recordari.*

MENTIONEM FACERE. Quid minus vtile fuit, quam *hoc vlcus tangere? Ter. Tu id, quod boni est, excerpis*, dicis quod mali est. *idem.* Parmenionis *cum honore mentio illata est. Curt.* v. *Loqui.*

MENTIRI. *Fabulae! mihi* hercle *non fit verisimile*, atque *ipsis commentum placet. Ter. Fingit causas*, ne det, *sedulo. id. Omnia haec confingam. idem.* Si *honesto & misericordi mendacio saluti* ciuis calamitosi *consultum esse vellemus. Cic. in Or. Crimen confingitur. ibid.* De Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quirites, vt neque *vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta esse videatur. ibid. Omnia falsa atque insidiose ficta comperta sunt. ibid. Orationis*

tionis vanitatem adhibuerunt. Idem. in Off. v. *Calumniari.*

METIRI. Qui *cum* architectis & *decempedis* villas multorum *hortosque peragrabat. Cic. in Or.* v. *Regionum &c.*

METUERE. It. METUM ADIMERE. *Totus*, Parmeno, *tremo horreoque*, postquam aspexi hanc. *Ter.* Apage sis, *ego formodolosus? nemo est hominum, qui viuat, minus. idem. Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit, pectore consistere nihil consilii quicquam potest. Id.* Nescis *quo in metu* & quanto in periculo *sim. Id.* Adeone rem rediisse, vt qui mihi consultum optime velit esse, Phaedria, patrem *extimescam. Id.* Illam miseram, quam ego nunc intus scio esse *exanimatam metu*, consolare. *Id. Delirat* miser *timore. Id.* Si in alterutro peccandum sit, malim videri *nimis timidus*, quam parum prudens. *Cic. in Or.* Casus duntaxat humanos & incertos euentus valetudinis, & naturae communis fragilitatem *extimesco. Ibid.* Nec quod tibi, de alio audienti, de se ipso occurrat, *reformidat. ib. Mouebatur animo* & vir huic imperio amicissimus *de salute* populi Rom. *extimescebat. ib.* Vt aliqua in vita *formido* improbis *esset posita*, apud inferos ejusmodi quaedam antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt. *ibid. Pœnam semper ante oculos versari putent*, qui peccarint. *ib. Metu exanimari. ibid.* Nec vero vlla vis imperii tanta est, quae *premente metu* possit esse diuturna. *Id. in Off. Cruciatu timoris angi. ib. Dolorum* cum *admouentur faces*, *praeter modum* plerique *exterrentur. ibid.* Omnium suorum ciuium potentiam *extimescebant. Nep. In solicitudinem versa* fiducia

ducia *est.* *Curt.* *Non mediocris* omnium *animos formido incesserat.* *idem.* *Majorem metum incussit.* *id.* Aciem *suo pauore fluctuantem* vmbonibus posse propelli. *id.* *Obstrepebat hinc metus.* *idem.* Alexandri exercitum *pauor*, cujus causa non suberat, *inuasit*, quippe *lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente.* *id.* Adhuc *lymphatos ferri agique, arma jacientes*, expetere praesides Persarum imperii Deos debitas à vecordibus pœnas. *id.* Non somno quiescere, sed *pauore marcere* credebant. *id.* *Metu exsangues sunt.* *id.* Vbi *intrauit animos pauor*, id solum metuunt, quod primum *formidare* cœperunt. *id.* Suppliciorum *metu perculsi.* *id.* *Desperatio* igitur *ingens*, adeo vt vix lacrymis abstinerent, *incesserat.* *id.* *Qua quemque metus agebat.* *id.* Locorum squalor & solitudines inuiae fatigatum militem *terrebant.* *id.* *Inter fidem timoremque haesitant.* *id.* Persae ad illos clamore perlato *attoniti metu* arma cepere. *id.* *Deesset animus.* *id.* *Exsanguis attonitoque similis* stabat, *per metum etiam voce suppressa.* *idem.* *Occupati metu.* *id.* *Ingens* barbaros *pauor*, rudes ad talia opera, *concusserat.* *id.* *Trepidum diffidentemque rebus suis.* *id.* Gentibus, quarum *nomina horretis.* *idem.* Spreto regis imperio, quod fere fit, vbi turbatis *acrius metus*, *quam* dux *imperare cœpit*, totidem erant imperatores, quot agmina errabant. *id.* Variae nautarum voces hortantium *pauidas aures impleuerant.* *id.* *Trepidi & improuiso malo attoniti.* *id.* Identidem *praesentibus grauiora, quae sequerentur, expectans.* *idem.* Famem & *vltima sibimet ominabantur.* *id.* Imminentisque etiam *ipsis facies mali ante oculos erat.* *idem.* Saepius reuocati *ne respicere quidem suos sustinebant*, misericordia *in formidinem*

midinem versa. idem. Quis crederet, saeuam paulo ante concionem *obtorpuisse subito metu? id.* Cuncti *pauore exanimati, attonitis similes*, quid de ipsis quoque Rex statuendum censeret, *suspensa mente expectarent. id.* Adeo totum orbem *nominis ejus terror inuaserat*, vt cunctae gentes velut destinato sibi Regi adularentur. *id. Haud sane pacati quidquam expectantes. id. Nec plus in ipso* Meleagro *erat* aut consilii, aut *animi. Idem. Metum adimere.* Hunc mihi *timorem eripi. Cic. in Orat.* Videbimur fortasse ad breue tempus quoddam *cura & metu esse releuati. ibid.* v. *Terrere.* it. *Timere.*

MILITES CONSCRIBERE, MILITARE. *Exercitum ex* Gallicanis legionibus & *hoc delectu*, *quem* in agro Piceno & Gallico Q. Metellus *habuit*, *& his copiis, quae à nobis quotidie comparantur*, magnopere contemno, *collectum ex* senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus. *Cic. in Orat.* Quam subito non solum ex vrbe, verum etiam ex agris *ingentem numerum* perditorum hominum *collegerat. id. Stipendium merere. Nep. Castra sequi. Id.* A puero *in exercitu erat versatus. id. In re militari florere. Idem.* Viri tum claritate, tum *vsu belli praestantes. Idem.* Macedonum *acies torua sane & inculta*, clypeis hastisque *immobiles, cuneos & conserta robora virorum teget.* Ipsi phalangem vocant peditum *stabile agmen. Vir viro, armis arma conserta sunt: ad nutum monentis intenti, sequi signa, ordines seruare didicere. Quod imperatur, omnes exaudiunt; obsistere, circuire, discurrere in cornu, mutare pugnam non duces magis, quam milites callent. Curt.* Agmen *& stare paratum & sequi*, nec turba

nec

nec sarcinis praegraue, *intentum ad ducis non signum modo, sed etiam nutum. id.* v. *Bellare.*

MINARI & MINANDI FORM. QVÆDAM. *Adjectiu* etiam *superbe minus. Curt. Nunc adeo vt tu sis sciens, ni* puerum tollis, *jam jam ego* hunc mediam in viam prouoluam in luto. *Ter. Si quidquam hodie hic turbae cœperis, faciam vt hujus loci, dieique, meique semper memineris. id.* Hic si quid nobis forte aduersi euenerit, *tibi erunt parata verba, huic homini verbera. id.* Ni facient, quae illos aequum est, *haud sic auferent. id. Te hoc moneo vnum, qualis sim, amicus, aut quid possim, potius quam inimicus, periculum facias. id.* v. *Perdere.*

MINUERE, MINUI. Si *remittent quippiam* Philumenae *dolores. Ter.* Inuidiae meae *leuandae* causa. *Cic. in Orat.* Jugum opacum & vmbrosum aestus *leuat. Curt.* v. *Imminuere.*

MIRARI, MIRABILIS. It. ADMIRATIONEM EXCITARE. Nonne *hoc monstri simile est? Terent.* Populus *studio stupidus in* funambulo *animum occuparat. id.* Vt *ne quid animo sit nouum. idem.* Cuiuis aspectu *injiceret admirationem sui. Nep.* Praesens aetas & posteritas deinde *admirata est. Curt.* Quaenam esset ejusdem elementi natura -- *mirabundi requirebant. Curt.* Barbaris *simile monstri visum est,* rudibus militarium operum. *idem. Omnium oculos animosque in se conuerterant. id.* Vt speciem omnium augeret, posteritati *fallax miraculum praeparans. id.* v. *Epitheta &c.*

MISER, MISERUM FACERE. Nescis *quantis in malis versor miser, quantasque* hic suis consiliis *mihi confecerit solicitudines. Ter. Jocularium in malum insciens*

insciens pene incidi. id. Ingenio egregie ad miseriam natus sum. id. Hoc mihi dolet, nos pene sero sciisse *pene in eum locum rediisse, vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier. id. Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere, nisi me credo huic esse natam rei, ferendis miseriis. id.* Duxi vxorem, *quam ibi miseriam vidi! idem. Perii, quid agam? quo me vertam? idem. Hoc mihi vnum ex pluribus miseriis reliquum fuerat malum. Id. Omnibus modis miser sum, nec quid agam scio, tot nunc me rebus miserum concludit* pater. *id.* Et *me* & te imprudens, nisi quid Dii respiciunt, *perdidi. id Quo quid miserius, quid acerbius, quid luctuosius vidimus? Cic. in Or. In has elades incidimus. Id. in Off. Quem & ex quanto* regno, *ad quam fortunam detrusisset. Nep.* Olim quidem *ex fastigio* paterno *rerum mutatione detractae*, sed tum *sortem earum crudelius aggrauante fortuna. Curt.* In conspectu erat nepos paruulus, *ob id ipsum miserabilis, quod nondum sentiebat calamitatem, maxima ex parte ad se redundantem. idem.* Equidem *quam versabilis fortuna sit, documentum ipse sum.* Nec immerito *mitiores vices ejus expecto. id. Diis aduersis* bellum gerimus, & *pertinax fortuna* Regis *vrgere non desinit. id Inter optimam conscientiam & iniquissimam fortunam destitutus. id.* v. *Infelix*, *Perdere* it. *Perire.*

MISERERI. It. MISERICORDIAM MOVERE. Ita me Dii amabunt, vt *nunc* Menedemi *vicem miseret me, tantum deueniisse ad eum mali? Ter.* Lacrymae confictae dolis *reducunt animum* aegrotum *ad misericordiam. Id.* Si non est verum, *ad misericordiam* ambos *adduces* cito. *idem. Quis nostrum tam animo*

agresti

agrestí ac duro fuit, vt Roscii morte nuper *non commoueretur*? *Cic. in Or.* Non tam *afflictam* regiam *conditionem dolebam*, quam *de fortunis communibus extimescebam. ib. Non debeo tentare, quonam modo dicendo misericordiam tuam commouere possim: nihil opus est, occurrere ipsa solet* supplicibus & *calamitosis, nullius oratione euocata -- Dabis* profecto *misericordiae, quod* iracundiae *negauisti. ib. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui* fratris carissimi atque amantissimi praesentis *mœrore, non mouear horum* omnium *lacrymis. Ibid.* Si fraterne, si pie, si cum dolore faciunt, *moueant te horum lacrymae, moueat* pietas, *moueat* germanitas, *valeat* tua vox illa &c. *ibid.* Quid restat, nisi vt orem obtesterque vos, judices, vt *eam misericordiam tribuatis* fortissimo, *quam ipse non implorat*, ego autem repugnante hoc & *imploro & exposco. ib.* Regum *afflictae fortunae facile multorum opes alliciunt ad misericordiam. ibid.* Clarissimi viri *captus misericordia. Nep.* Rursus *in ipsum* Regem *misericordia versa est. Curt.* Facile apparebat *motos esse tam miserabili habitu*, non sine inuidia paulo ante conspecti. *id. Inclinantem ad misericordiam* concionem. *id.* Inuidia *vertitur in misericordiam. id. Manantibus lacrymis, adeo vt* Rex, ira *in misericordiam versa, ne ipse quidem, quanquam cuperet, temperare oculis potuerit. id. Miserabilis facies* supplicio destinati *in diuersum animos repente mutauit. id.* v. *Dolere.*

MITTERE. Hoc modo te obsecro, vt ne credas à me *ablegatum* hunc senem. *Ter. Aliquo mihi est hinc ablegandus. id.* v. *Dimittere.*

MODUM SERVARE, NON SERVARE. It. *Moderate ferre vtramque fortunam. Ita fugias, ne praeter*

ter casam, quod ajunt. Ter. Id arbitror adprime in vita esse vtile, vt *ne quid nimis. Id. In istam partem potius peccato* tamen. *id. Spectatum satis* putabam *& magnum exemplum continentiae.* Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi, neque commouetur animus in ea re tamen, scias posse *habere jam suae vitae modum. Id. Mediocritatem illam tenebit, quae est inter minimum & parum. Cic. in Off. Diligenter ei tenendum esse* ejus fruendae *modum. ib. Quarum* quidem *certus est adhibendus modus, ad mediocritatem reuocandus. Eademque mediocritas ad* communem vsum cultumque vitae *referenda est. ibid.* Caueamus, vt *ea*, quae pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, *moderata sint. Modus* autem *est optimus decus ipsum tenere*, de quo antea diximus, *nec progredi longius. ib. Et praeteritae fortunae fastigium capio, & praesentis jugum pati possum. Curt. Fortunam* tuam *pressis manibus tene*, lubrica est, nec inuita teneri potest, *impone felicitate tuae fraenos, facilius illam reges*; nostri sine pedibus esse dicunt fortunam, quae manus & pinnas tantum habet, cum manus porrigit, pinnas quoque comprehendere non finit. *id. Minus etiam cupiditatibus suis imperantis interé obsequia fortunae, contra quam non satis cauta mortalitas est. id.* v. *Affectus cohibere.*

MOLESTUS, MOLESTUM ESSE. *Obtundis. Ter. Vro* hominem. *id.* Si quando illa mentionem Phaedriae facit, aut si laudat, *te vt male vrat* — quod *eam remordeat. id.* Rogitando *obtundat eam, enecet. id. Ego te exercebo hodie vt dignus es*, silicernium. *id.* Tuo viro *oculi doleant. id. Si id te mordet. id.* Non te pro his curasse rebus, *ne quid aegre esset mihi. id.* Tibi hoc *incommodum euenisse* iter. *id.* Haec res

non

non minus me male habet, quam te. *idem.* Paupertas mihi *onus* visum est & *miserum & graue. id. Si porro esse odiosi pergitis. id. Injeci scrupulum. Id. Nimis vrgeo, commoueri* videtur adolescens. *Cic. in Orat. Hoc vero multo acerbius multoque est grauius. ibid.* Vt ne *offendam* tuas patientissimas *aures. ib. Hoc si tibi graue est. Nep. Animum aegritudo corporis vrgebat. Curt.* Alexandri *auribus* nimia jactatione virtutis atque operae *grauem fuisse. id.* v. *Ingratus, Intempestiuus.*

Monere. Vel virtus tua, vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitiae puto, facit vt *te audacter moneam & familiariter. Ter.* v. *Hortari.*

Morari. Frustra vbi *totum desedi diem. Ter. Cum haesitaret, cum cunctaretur. Cic. in Or. Prolatando aliquantum extraxerant temporis. Curt. Circa* muros vnius vrbis *haerebat. idem. In eodem vestigio haerens. id.* v. *Cunctari.*

Morbus. v. *Aegrotare.*

Morbo liberari. v. *Conualescere.*

Mori. *Is obiit mortem. Id. Mors continuo* ipsam *occupat. id.* Jam *depaciscimortem* cupio. *id.* Matrem ipsam ex aegritudine miseram *mors consecuta est. id. De medio excessit. id.* Ea *mortem obiit, è medio abiit. id. Mortem à Diis* immortalibus non supplicii causa *constitutam*, sed aut *necessitatem naturae, aut laborum ac miseriarum quietem esse*; itaque eam sapientes *nunquam inuiti*, fortes etiam *saepe libenter oppetiuere. Cic. in Orat. Animam efflantem. ibid.* Primum illud vulnus acceperit, quo *teterrimam mortem obiret. ib.* Pro qua quis dubitet bonus *mortem oppetere*, si ei sit profuturus. *id. in Off.* Non modo

modo pecuniam, sed *vitam* etiam *profundere* parati essent. *Ib.* Millies *oppetere mortem*, quam illa perpeti maluisset. *ib.* *Excedat è vita.* *ib.* Ibique *diem obiit supremum.* *Nep.* In tanta paupertate *decessit.* *ibid.* Confestim *animam efflauit.* *idem.* Vbi *vitam finierat.* *Id.* Non prius distracti sunt, quam alterum *anima relinqueret.* *Idem.* *Vitae finem facere* volebat atque *ex ingratorum hominum conspectu morte decedere.* *id.* *Morbo naturae debitum reddere.* *id.* *Morbo consumptus est.* *id.* Anno *acquieuit* quadragesimo. *idem.* Memnonem *vita excessisse.* *Curt.* Flentes querebantur, *in tanto impetu cursuque rerum*, omnis aetatis ac memoriae clarissimum Regem, non in acie saltem, non *ab hoste dejectum*, sed abluentem aqua corpus *ereptum esse & extinctum.* *id.* *Illum florem juuentae*, illam vim animi, eundem Regem & commilitonem *diuelli à se & abripi.* *id.* *Egregia morte defuncti.* *id.* Donec *excederet ad Deos.* *id.* Itineris continui labore animique aegritudine fatigata, *inter* socrus & virginum filiarum *manus collapsa erat*, *deinde & extincta.* *id.* Ante oculos sui quisque Regis *mortem occumbere* ducebant egregium. *id.* Haec dicentem *vita destituit.* *id.* *Subita morte correptus magno desiderio sui affecerat* cunctos. *id.* *Intercluso spiritu extincti sunt.* *id.* Haec agentem *anima defecit*, corpusque ex equo defluxit in terram. *id.* *Morti locum eligere*, cum immobiles *vitalis calor relinqueret.* *idem.* Prius *ab oculis mortalium amolita natura est.* *idem.* Morsum *praesens mors sequebatur.* *ibid.* Quanquam ne pigri quidem *sibi fata disponunt*, sed vnicum bonum diuturnam vitam aestimantes, saepe *acerba mors occupat.* *id.* Quandocunque *excesserit vita.*

vita. id. Si me praeceperit fatum. id. Saucii subinde *exspirabant. id. Cum excesserò. id.* Velut *omni vitae debito liberatus fatigata membra rejecit. idem.* Suprema haec vox fuit Regis, & paulo post *extinguitur. Id.* Tam viridem & *in flore aetatis fortunaeque* inuidia Deum *ereptum esse rebus humanis. Idem.* Tum vero *similis ruinae strages erat.* Circa currum Darii *jacebant* nobilissimi duces, ante oculos Regis *egregia morte defuncti*, omnes *in ora proni, sicut dimicantes procubuerant*, aduerso corpore vulneribus acceptis. *id.* Truncí quoque & debiles arma tamen non omittebant, donec *multo sanguine exanimati procumberent. id.* Victori aut fugiendum, aut *miserabiliter cadendum fuit. id.* Dum acrius, quam cautius dimicat, *confossus vndique obruitur.* Quem vt Carus *jacentem* respexit, ruere in hostem, omnium, praeter vltionem immemor, cœpit, multosque hasta, quosdam gladio *interemit*, sed cum tot vnum incesserent manus, *super* amissi *corpus procubuit. Idem.* v. *Viuere.*

MORIS EST, NON EST. It. *Moribus se accommodare.* Quod non modo *à consuetudine* judiciorum, verum etiam à forensi sermone *abhorrebat. Cic. in Orat.* Adeo *studiis* eorum *inseruisse. Nep.* Potius barbarorum quam *illius more fungar. id.* v. *Consuetudo est.*

MOROSUS. Ne, si irascamur aut intempestiue accedentibus, aut impudenter rogantibus, *in morositatem inutilem ac odiosam incidamus. Cic. in Off.* v. *Inhumanus.* it. *Humanus.*

MOVERI ANIMO. *Majore, quam decebat*, ira simul ac *dolore stimulatus. Curt.* Vel pœnitentia vel

beneficio tuo *victus. id. Ea res, sicut pleraque* belli *vana & inania*, barbaros *ad* deditionem *traxit. id.* Num ira Deorum *ad* tantum nefas *actus esset. idem. Pugnabant pro* Rege primum celebrati nominis fama, deinde desperatio, *magnum ad* honeste moriendum *incitamentum. Id.* Miserabilis facies supplicio destinati *in diuersum animos repente mutauit. Id.* v. *Affici animo.* it. *Impellere.*

MULTUS. *Sunt ita multi, vt eos* carcer *capere non possit. Cic. in Orat. Latissime patere* videntur ea, quae de officiis tradita ab illis praecepta sunt. *Id. in Off.* v. *Abundare.*

MUNDITIEM AMANS. *Elegans*, non magnificus, *splendidus*, non sumptuosus, *omni diligentia mundi-tiem non affluentem affectabat. Nep.* v. *Splendidus.*

MUNIRE, MUNITUS. Regiis quondam opibus & *ipsa natura regionis vallatum. Cic in Or.* Domum meam *majoribus praesidiis muniui. ibid* Quis toto mari locus per hos annos *tam firmum habuit praesidium, vt tutus esset*, aut tam fuit abditus, vt lateret. *ib.* Haec tria frumentaria subsidia Reip. *firmissimis praesidiis* classibusque *muniuit. ibid.* Loca *castellis idonea communiit. Nep.* Portus *mœnibus circumdatus. id. Munimenta, quae manu ponimus, naturali situ imitante. Curt.* Arborum rami, alius alio implicati & coëuntes, vt *perpetuam objecerant sepem. idem.* Cum se callibus inuiis *septos* esse credidissent. *id.* Juga montium praealtae syluae, rupesque inuiae *sepiunt. id.* v. *Defendere.*

MUNUS. v. *Donare.* it. *Officiosus &c.*

MURMURARE. *Fremitus vndique indignantium querentiumque* tota concione *obstrepebat, qualis solet esse*

esse multitudinis & maxime militāris, vbi aut studio agitur, aut ira. Curt. De industria irritatae *horrendo stridore aures fatigabant. id.* v. *Tumultuari.*

MUSICUM ESSE. *Citharizare & cantare ad chordarum sonum* doctus est à Dionysio, qui *non minore fuit in Musicis gloria. Nep.* v. *Excellere.*

MUTARE, RI, MUTABILIS. Di boni, quid hoc morbi? *adeone homines immutarier ex* amore, *vt non cognoscas eundem esse. Ter. Omnium rerum vicissitudo est. Id.* Deum sese *in* hominem *conuertisse. Id.* Ita vita est hominum quasi cum ludas tesseris, si illud, quod maxime opus est jactu, non cadit, illud, quod cecidit forte, *id arte vt corrigas. id.* Istuc est sapere, qui, vbicunque opus sit, *animum* possis *flectere*, quod faciendum sit post fortasse, idem hoc nunc si feceris. *idem.* Mihi non videtur, quod sit factum legibus, *rescindi* posse, & turpe inceptum est. *id. Consilium* belli faciendi *abjecerit, ex hoc cursu* sceleris & belli *iter ad* fugam atque in exilium *conuerterit. Cic. in Orat.* Si vis manifestae audaciae, si impendens patriae periculum *me necessario de* hac animi lenitate *deduxerint. ibid.* Nisi Dii immortales omni ratione placati suo nomine prope *fata ipsa flexissent. ibid. Vertit ad extremum omnia. Id. in Off. Facienda morum institutorumque mutatio est. ib.* Quo verbo lapsa consuetudo *deflexit de via, sensimque eo deducta est. ibid.* Sensim *hanc consuetudinem* & disciplinam jam antea *minuebamus. ib. In contrarium conuersa sunt*, quae antea cum illis erant. *Curt.* Cum hoc agmine Darius *declinauit paulatim via* militari. *id.* Continentiam *in* lasciuiam ac superbiam *vertit. idem.* Ne omen quidem veritus, quod à victoris insignibus *in*

deuicti *transirēt habitum. id.* Ne res in seditionem *verteretur*, otium *interpellandum* erat bello *Idem.* Mores patrii nondum *exoleuerant*, sed jam bilingues erant, paulatim *à* domestico externoque sermone *degeneres. id.* Ad vltimum *à semetipso degenerauit. id.* v. *Constans.* it. *Inconstans.*

MUTUS. v. *Obmutescere.*

N.

NARRARE. Jam *susurrari audio* ciuem Atticam esse hanc. *Ter.* Jamne *erumpere* hoc licet mihi *gaudium*? *Id. Hoc mihi expedi. Id.* Nunc quam-obrem has partes didicerim, *paucis dabo. id.* Quot *rumores distulerunt* maleuoli. *Idem.* Harum mores *cantabat mihi. Idem. Nuncium apporto tibi, cujus maxime te fieri participem cupis. Idem.* Nemo est meorum amicorum hodie, *apud quem expromere omnia mea occulta*, Clitipho, audeam. *Apud alium prohibet* dignitas: apud alium ipsius facti piget: ne ineptus, ne proteruus videar. *Id.* Vt *recta via rem narret ordine. Idem.* Quasi non ea potestas sit tua, quo velis in tempore vt te exsoluas, *rem facias palam. Idem.* Sed cesso *hoc malo* heram *impertiri* propere? *An hoc proferendum tibi vsquam esse videtur? idem. Fero alia* flagitia *ad te*, ingentia. *idem. Non opus est prolato*: hoc percontarier desiste. Nempe ea causa, vt *id fiat palam. id.* Haud propterea te rogo, vt *hoc proferam. id. Explana mihi. id.* Primus esset *memoriter* progeniem vestram usque ab auo atque atauo *proferens. idem. Dilucide expedini* quibus me oportuit judicibus. *id.* Mirabar si *tu mihi quidquam afferres noui. id.* Idque libenter *crebris vsurpare sermonibus. Cic. in Or.* Vt de periculo non *ad* consi-

lium

lium publicum *rem integram deferrem. ibid.* Nunc *persequar* caetera. *Ibid.* Quod cum *percrebuisset. Id. in Off. Rem ad* populum *detulit, docuit*, cur sibi à causa desistere necesse esset. *Ib.* Vetera *exempla recensent* Persidis regum. *Curt. Si quaeque suis temporibus reddere voluero, interrumpendae sunt res* Asiae, quas vtique ad fugam mortemque Darii vniuersas *in conspectum dari, &, sicut inter se cohaerent, ita opere ipso conjungi* haud paulo aptius videri potest. *id. Expositisque, quae* Patron *detulerat. id.* Pauca verba ad caput regis pertinentia *tam longo, & forsitan superuacaneo, inserere sermoni. id. Si acta vulgassent. id.* Quae, vtcunque *tradita* sunt, *incorrupta perferemus. id. Fama vulgauerat. id.* Persae *fama vulgauerant.* Causam morbi intemperiem ebrietatis *diuulgarunt. id. Ad* Darii matrem *celeriter fama perlata est. id.* v. *Historiam scribere, Nunciare, & Referre.*

Nasci. v. *Gignere.*

Natare. Qui procul hostium conspectu *subibant aquam, occultoque lapsu ad* molem *vsque penetrarunt. Curt. Modo super vndas eminens ad* molem, quam jecerant, *magna sui parte, modo superfusis fluctibus condita*, haud procul monumentis vrbis *eminet. id.* Hector diu *flumini obluctatus*, cum madens vestis & adstricti crepidis pedes *natare prohiberent, in ripam* tamen semianimis *euasit. Id.* Vtres quam plurimos stramentis refertos diuidit, *his incubantes transnauere* amnem: qui primi *transierant*, in statione erant, dum *trajicerent* caeteri, hoc modo sexto demum die in vlteriore ripa *totum exercitum exposuit. idem.* An soli sumus, qui *flumina tranare*

possumus? *Idem.* Vtribus *amnem trajiciendi exemplum fecimus* nuper. *id.* v. *Transire.*

NATURALIS. Est haec, judices, *non scripta, sed nata* lex, *quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. Cic. in Or.* Sin hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris *natura ipsa praescripsit id.* Generi animantium omni *est à natura tributum. Id. in Off.* Quod verum, simplex, sincerum sit, id esse *naturae hominis aptissimum. ib.* v. *Inesse.*

NAVIGARE. O fortunate, nescis quid mali praeterieris, qui *nunquam es ingressus mare*; nam alias vt omittam miserias, vnam hanc vide; dies triginta aut plus eo *in naui fui*, cum interea semper mortem expectabam miser: itaque vsque *aduersa tempestate vsi sumus. Ter.* Sociis vestris ego *mare clausum* per hosce annos dicam *fuisse*: cum exercitus nostri Brundusio nunquam nisi summa hyeme *transmiserint. Cic. in Orat.* Non enim *illum eximia vis remigum*, aut *ars inaudita quaedam gubernandi*, aut *venti aliqui noui* tam celeriter *in* vltimas *terras pertulerunt. ib. Quoque* omnes vndique cum mercibus atque oneribus *commeabant. ibid.* Complures mercatores ab Alexandria *soluisse*, *nauesque* in cursu frumento onustas *petentes* Rhodum viderit. *Id. in Off. Cursum direxit quo tendebat. Nep. Ex* Asia *in* Europam *exercitu trajecto. id.* Cum *soluissent naues, ac vela ventis dedissent. id.* Interim *naues* militibus impositis Cyprum *transmisit. Curt.* Bitumine ac sulphure illitam *nauem remis concitauerunt: &, cum magnam vim venti vela quoque concepissent, celeriter ad* molem *successit. id. Remis pertinacius euerberatum*

tum mare. id. Forte Rex *classem in* diuersam *partem agi jusserat. id. Libero impetu inuecta in* aliud quinqueremis latus *inuehebatur. idem. Libero commeantes mari, saepiusque adeundo* caeteris incognitas *terras. Idem.* Hephaestione Phaenices *oram classe praeteruehi jusso. Id.* Nilo *amne vectus est. Id. Secundo amne descendit ad* paludem. *Id.* Rex, cum *secundo amne defluxerat. Id. Amne superato. Idem. Secundo amne defluxit*, quadraginta ferme stadia singulis diebus *procedens. Idem. Secundo amne deuehitur. Id.* Clauda & inhabilia nauigia *languide moliebantur. id. Hinc aduersum flumen subit classis. idem.* Rursus eos *terram legere* jubet, donec *ad* Euphraten *appellerent classem*, inde *aduerso amne* Babylonem *subituros. id.* v. *Transire.*

NECARE. v. *Interficere.*

NECESSE EST. *Non est* lenitati *locus*, seueritatem *res ipsa flagitat. Cic. in Orat.* Sin hoc & ratio doctis, & *necessitas* barbaris, & mos gentibus, & feris natura *ipsa praescripsit. ibid. Efficacior in aduersis necessitas, quam ratio. Curt.* v. *Carere.* it. *Egere.*

NECTERE. *Notabile erat vinculum adstrictum compluribus nodis in semetipsos implicatis & celantibus nexus. Curt.* Soluere aggressus injecerat curam. Quippe *series vinculorum erat ita adstricta, vt vnde nexus inciperet, quoue se conderet, nec ratione, nec visu percipi posset. id.* v. *Cohaerere.*

NEGARE. Si hoc palam proferimus, ille *inficias ibit. Ter.* Num *inficiari* potes? *Cic. in Or.* Se vero fidem in parricidio dedisse *constanter abnuit. Curt. Multa affirmatione animique pariter constantia & vultu abnuens*, quidquam sibi in Regem cogitatum esse. *id. Nec inficias eo. id.* v. *Asseuerare.*

NEGLIGERE. *Id populus curat scilicet. Ter.* Ego istuc abs te factum *nihili penderem. Idem. Alius res agis. Id. Egon' occasionem mihi ostentatam* tam breuem, *tam optatam*, tam insperatam *amitterem? Id.* Nae ille haud scit, quam *mihi nunc surdo narret fabulam. id. Nil* dos *nos mouet. idem.* Vbi te vidi *esse animo omisso*, & suauia in praesentia quae essent, prima habere, *neque consulere in longitudinem. id. Non quaeris*, patri quomodo obsequare, & vt serues, quod labore inuenerit. *id. Fit sedulo, nil praetermitto. id.* Pater *id nihili pendit. id.* Metuas, ne *abs re* tamen *sint omissiores paulo. id.* Neque has *respicere* Deos opinor. *id.* Omnia pericula mortis atque exilii *parui esse ducenda. Cic. in Orat.* Tam rudis in Rep., tam *nihil vnquam* nec de sua, nec de communi salute *cogitans. ibid. Omitte* quaeso istam doctorum hominum in *contemnenda* morte prudentiam. *ib.* Amici *officio parum functum. ib.* Habetis ducem *memorem vestri, oblitum sui.* Quae sunt à me propter vrbis vestraeque salutis custodiam *repudiata. ib. Pro nihilo putauit. ib. Nec* vero *me*, judices, Clodianum crimen *mouet. ibid.* Viri fortis est, ne suppliciis quidem *moueri*, vt fortiter feciſſe pœniteat. *ib.* Vbi corpus hoc sit, inquit, *non laboro*, quoniam omnibus in terris etiam versatur & semper habitabit nominis mei gloria. *ibid.* Quae eximia plerisque & praeclara videntur, *parua ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere*, fortis animi magnique ducendum. *Id. in Off.* Nec vero histrionibus oratoribusque concedendum est, vt iis apta sint, *nobis dissoluta. ib.* Maxime admirantur eum, qui pecunia *non mouetur. ibid.* Nec tamen nostrae nobis *vtilitates omittendae sunt*, aliis-

aliisque tradendae, cum his ipsi egeamus. *Ibid.* Ille quidem *securus* periculi, quod instabat. *Curt.* Queis ille *haud sane motus. id.* v. *Contemnere.* it. *Intermittere.*

NESCIRE. *Imprudens harum rerum, ignarusque omnium. Ter.* Si sperat *fore clam*, rursum ad ingenium redit. *id.* Erras, tui animi si me *esse ignarum* putas. *id.* *An temere quicquam* Parmenonem *praetereat? Id.* Equidem plus hodie boni *feci imprudens*, quam *sciens* ante hunc diem unquam. *Idem. Pleni omnes sunt libri, plenae sapientum voces, plena exemplorum vetustas:* quae *jacerent in tenebris omnia*, nisi *literarum lumen accederet. Cic. in Or.* Nec tam sum demens, tamque vestri sensus *ignarus atque expers, ut nesciam. ib.* *An* vero judices *vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini*, vestrae *peregrinantur* aures, neque *in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur? ib.* Quorum prima aetas propter humilitatem & obscuritatem *in hominum ignoratione versatur. Id. in Off.* Ne *rudibus* literarum Graecarum *minus lucide appareat*, quantus fuerit ille vir. *Nep.* Nomen memoriamque Regis sui tantum intuentes *ad caetera caligare eos. Curt.* v. *Imprudens.* it. *Scire.*

NINGIT. It. NIVE COOPERTUS. *Procella subito niuem effuderat*, & humus rigebat gelu. *Curt.* Praeter inuias rupes ac praerupta saxa, vestigium subinde fallentia, *nix cumulata vento ingredientes fatigabat. Id.* *Adeo altae niues premunt terram*, gelu & perpetuo pene rigore constrictae. *Id.* Montium juga *perenni niue obruta. id.* v. *Frigere.*

NOBILIS. *Summo loco natus. Cic. in Or.* Cum

& antiquitate generis & gloria majorum vnus omnium maxime floreret. Nep. Regia *stirpe ortum. Curt.* Secreuit à vulgo, *quorum eminebat genus. id. Quibus inter* populares aut *nobilitas*, aut opes *eminent. Idem.* v. *Ignobilis.*

NOCERE. *Si* quid consilii habet, vt consumat nunc, cum *nihil obsint* doli. *Ter. Nostri fundi calamitas*; nam *quod nos capere oportet*, haec *intercipit. id. Dabit* haec Thais *mihi magnum malum*, ita me video ab ea *astute labefactarier. id.* Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse harum abitu. Nae ille haud scit, hoc paulum lucri *quantum ei damni apportet. idem. Quot incommoda tibi in hac re capies*, nisi caues? Quae ista amentia est? quod peccaui ego, *id obesse huic?* Leno sum, fateor, *pernicies communis* adolescentium, perjurus, *pestis*: tamen *tibi à me nulla est orta injuria. id.* Inscitum *offerre injuriam tibi immerenti* iniquum est. *idem.* Vereor ne istaec fortitudo *in neruum erumpat denique. id.* Sententiam tuam aut cum summo dedecore *miserrimam pestem importaturam esse* regibus. *Cic. in Or.* Perniciem meam *cum magna calamitate* Reip. *esse conjunctam. ibid.* Dummodo *ista priuata sit calamitas, & à* Reip. periculis *sejungatur. ibid.* Quam tibi ac tuis omnibus *perniciosam esse* confido *& funestam futuram. ibid. Nulla jam pernicies à* monstro illo atque prodigio *comparabitur. ib.* Confirmo vobis, *nullum posthac malum* ciuile ac domesticum *ad* vllam Reip. partem *esse venturum. ib.* Caeteris in rebus, *cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur*; at in vectigalibus non solum *aduentus mali*, sed etiam metus ipse *affert calamitatem -- à* Rep. *sejunctam esse*

esse non posse. Ib. Non enim possunt vna in ciuitate multi *rem atque fortunas amittere*, vt non *plures secum in eandem calamitatem trahant. ib. Haec quidem* Lacedaemoniis *plaga mediocris fuit, illa pestifera. Id. in Off. Quantum* odium humanum *valeat ad pestem. ibid. Qua peste quae potest esse major? ibid. Negatque vllam pestem majorem in vitam hominum inuasisse. ibid.* Si *ad perniciem* patriae *res spectabit. ib.* Adulatio, *perpetuum malum* Regum, *quorum opes* saepius assentatio, quam hostis *euertit. Curt.* Satis gnarus *plus* suis quam hostibus *periculi inferre. id.* v. *Innocens.* it. *Perdere, & Periculo committere.*

NOCTU. *Cum jam nox processisset. Nep.* v. *Vesperi.*

NOLLE. Quod jam pridem factum esse oportuit, certa de causa *nondum adducor vt faciam. Cic. in Or. Detrectantes* militiam. *Curt.* v *Cupere.*

NOMEN IMMORTALE CONSEQUI. Nec vero haec tua vita dicenda est, quae corpore & spiritu continetur; illa, inquam, illa vita est tua, Caesar, quae *vigebit memoria seculorum omnium, quam posteritas alet, quam ipsa aeternitas semper intuebitur.* Huic tu inseruias, huic te ostentes oportet. *Cic. in Or.* Vt *tuas laudes obscuratura nulla vnquam sit obliuio. ibid. Non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam. ib.* Ego vero omnia, *quae gerebam, jam tum in gerendo spargere me ac disseminare* arbitrabar *in orbis terrae memoriam sempiternam. ib. De me,* inquit, *semper populus* Rom. *semper omnes gentes loquentur, nulla vnquam obmutesceet vetustas*: quin hoc tempore ipso, cum omnes à suis inimicis faces inuidiae meae subjiciantur, tamen *omni in hominum coetu*

gratiis

gratiis agendis, & gratulationibus habendis, *& omni sermone celebramur. Ib.* v. *Gloriam quaerere.*

NOMINARE. Scelus tu istud *vocas*, Tubero? isto enim *nomine* illa adhuc causa *caruit*; alii errorem *appellant*, alii timorem: *qui durius* spem, cupiditatem, odium, pertinaciam, *qui grauissime*, temeritatem, *si proprium & verum nomen* nostri mali *quaeratur. Cic. in Or. Eum amplissimo* Regis honore & *nomine afficeris. Ib.* Is qui sapiens *vsurpatur. Id. in Off. Nomen obtinent* jure caesorum. *Ib. Appellationem trahens ex nomine* auctoris. *Curt. Ab* Eurystro Rege *inditum est nomen. Id.* v. *Appellare.*

NOX EST. *Obducitur nox cœlo. Curt.* v. *Vesperi.*

NUGARI. Ne ista hercle *magno jam conatu magnas nugas dixerit. Ter.* v. *Stultus.*

NUMERARE. *Numero* copiarum *inito. Curt.* v. *Annumerare.*

NUNCIARE. Hoc ipso C. Prusa *mihi nuncium perferente. Cic. in Orat.* Talibus *nunciis & rumoribus patebat ad* orientem *via*, *nec vlli veri subsequebantur. Ib. Graues de te rumores sparsi, qui* etiam furiosum illum Cœlium *excitauerunt. Ib. Qui rumores exciperent & celeriter ad se referrent. Ibid. Qui ad me* causam Reip. perniciemque rerum suarum *detulerunt. Ib.* Tanta fuit (calamitas) vt eam *ad aures* L. Luculli non ex praelio *nuncius*, sed *ex sermone rumor afferret. Ibid.* Quemadmodum milites hybernent, *quotidie sermones ac literae perferuntur. Ibid. Cum crebri afferrent nuncii. Nep. Ad* Regis *aures* consilia sua *peruentura. Id.* Cujus *de* aduentu *cum fama in* Graeciam *esset perlata. Id. Res* multis conscriis quae gereretur *elata refertur ad. id. Celeri rumore delato.*

delato. Idem. Palam factum est. Id. Hoc vsque eo fama tota Graecia celebratum est. Id. Si in turbam exisset -- in vulgus edit. Id. Fama exierat Id. Falsum nuncium mortis ejus obtulerat. Curt. Fama, vt solet, strenue tota vrbe discurrit. Id. Idoneis auctoribus fama vulgauit. Id. Alius terror affertur. Idem. Velle ipsum ad eos mandata perferre. Id. v. Narrare, 196.

NUPTUM DARE. Dotibus datis collocarentur. Nep. v. Vxorem dare.

NUTU DESIGNARE. Conjectum oculorum, quibus vt fur destinabatur, Dioxippus ferre non potuit. Curt. v. Significare.

O.

OBEDIRE. Patri minus obsequens. Ter. Is quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar. Id. Quo imperio plerasque ad officium redire coëgit. Nep. Gestus est ei mos. id. Ipsius nutu omnia gerebantur. id. Dicto audientes imperatoribus suis non erant. id. Non cessit majorum natu auctoritati. id. Intentum ad ducis non signum modo, sed etiam ad nutum. Quod is imperasset, impigre exequi. Curt. Celeriter subacti obedienter imperata fecerunt. id. Imperii jugum recusantes. id. Neq; consilium neque imperium accipi poterat. id. Imperium sequi. idem. Nouum imperium aspernantibus. id. Non ante destitit, quam satis constaret, imperata facturos. idem. Parati sunt ad exequendum imperium. idem. Adhuc jugum ejus rigida ceruice subeuntibus Barbaris. idem. Vestris armis continentur, non suis moribus, & qui praesentes metuunt, in absentia hostes erunt. id. Nobilis equus vmbra quoque virgae regitur, ignauus ne calca-

calcari quidem incitari potest. Id. Praemisit ad subigendos, *qui auersarentur imperium. Id. Nihil, quod imperatum, detrectant. Id. Surdas* jam dudum *aures pulso. Auersos animos & infractos excitare conor. Id. Imperium atque auspicium tuum constantissime secutis,* & quocunque pergis, secuturis. *idem. Omnia obedienter* à barbaris *facta. id.* Oppidani *detrectabant imperium. id. Nec imperium* à territis incompositisque *poterat seruari. idem. Quid* haec repens consternatio & *tam procax atque effusa licentia denunciat?* Eloqui timeo, *palam certe rupistis imperium, & precario* Rex *sum. Id.* v. *Inobediens.* it. *Obsequi, Parere.*

OBJURGARE. Vbi rem resciui, cœpi *non humanitus,* neque vt aegrotum animum decuit adolescentuli *tractare, sed vi & via peruulgata patrum; quotidie accusabam. Ter.* In oratione sua *multa inuectus esset in* Thebanos. *Nep.* v. *Expostulare.*

OBLIGARE. *Nullum vinculum ad adstringendam fidem* jurejurando majores *arctius voluerunt.* Id indicant leges in duodecim tabulis, indicant sacra, indicant fœdera, *quibus* etiam *cum* hoste *deuincitur fides. Cic. in Off.* Omnibus juuenis auditis, se vero *fidem in* parricidio *dedisse* constanter abnuit; *nec vlla religione,* vt scelus tegat, *posse constringi. Curt. v. Beneficus.*

OBLIVISCI. Nomen *perdidi. Ter.* Vt *tuas laudes obscuratura nulla vnquam sit obliuio. Cic. in Or.* Quae publicis populi Rom. literis monumentisque consignata sunt, *quae vnquam vetustas obruet, aut quae tanta delebit obliuio? id. Quae si vos cepit obliuio. ib.* Nondum *in omnium animis memoriam* majestatis

suae

ſuae *exoleuiſſe* cernebat. *Curt.* Neſcio an enumeranti *mihi quaedam ipſarum rerum multitudo ſubduxerit. Id. Vincenda eſt memoria* priſtinae charitatis. *Id.* Ad vltimum non *memoria* ſolum, ſed etiam mens *eum deſtituit. Id.* v. *Meminiſſe &c.*

OBLOQVI. *Obſtrepunt* ſubinde cuncti. *Curt. Tumultuoſo clamore volentem loqui inhibebant. Id.* v. *Murmurare.*

OBMUTESCERE. *Illum jam defecerat vox. Curt.* Quanquam toto triennio meditatus erat defenſionem, tamen *haeſitans & trepidus pauca ex iis, quae compoſuerat, protulit*; ad vltimum non *memoria* ſolum, ſed etiam mens *eum deſtituit. id.* v. *Loqui.* it. *Mutus.*

OBSCURUS. Pergin', ſceleſta, *mecum perplexe loqui? — non tu iſtuc mihi dictura aperte es quicquid eſt? Ter. Quod hoc ipſum* probabile *elucere non poſſet. Cic. in Off.* v. *Apparere.* it. *Manifeſtus.*

OBSEQVI. *Tibi morigera fuit in rebus omnibus. Ter. Mos gerundus eſt* Thaidi. *idem.* Noſtrum eſt intelligere vtcunque, & vbicunque opus ſit, *obſequi. id. Da te mihi viciſſim. idem. Obſecundato in loco, quod imperabit facito. idem. Vt homo eſt, ita morem geras. id.* Quid tu hic agas, vbi, *ſi quid bene praecipias, nemo obtemperet. id. Is quod mihi de hac re dederit conſilium, id ſequar. id.* Patrio animo victus, *faciam vt tibi concedam, neque tuae libidini aduerſabor. id. Ejus viri auctoritati* rex Dejotarus *ceſſit. Cic. in Orat.* Efficiendum eſt, vt appetitus rationi *obtemperent*, eamque *neque praecurrant, nec propter pigritiam aut ignauiam deſerant. Id. in Off. Relinquunt & abjiciunt obedientiam, nec* rationi *parent, cui*

non

non sunt subjecti lege naturae. *Ibid. Subjiciunt se* homines *alterius imperio & potestati* pluribus de causis. *Ib.* Leges latronum esse dicuntur, *quibus pareant, quas obseruent. Ib.* Necessitati *esse parendum. ib.* v. *Gratificari, Obedire, Parere.*

OBSERVARE. Noui ego amantium animum, *aduertunt grauiter, quae non censeas. Ter. Multorum te etiam oculi & aures non sentientem,* sicut adhuc fecerunt, *speculabuntur atque custodient. Cic. in Orat. Omnino,* qui Reip. profuturi sunt, duo Platonis *praecepta teneant. Id. in Off. Admodum* autem *tuenda sunt* non sua cuique vitiosa, sed tamen propria. *Ib.* Status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus *teneant* illud decorum. *Ib. Attentos animos ad* decori conseruationem *tenebimus. ib.* In omni actione suspicienda tria sunt *tenenda. ibid.* Vt in fidibus, aut in tibiis, quamuis paulum discrepent, tamen id à sciente *animaduerti* solet; sic *videndum est* in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiam magis, *quo major & melior* actionum, quam sonorum *concentus est.* Itaque vt in fidibus musicorum *aures vel minima sentiunt*; sic nos, si *acres ac diligentes judices esse volumus, animaduersoresque* vitiorum, *magna intelligimus saepe ex paruis. ib.* v. *Attendere.*

OBSIDERE. *Te in castello circumsideri. Cic. in Orat. Vrbem operibus clausit, omnique commeatu priuauit. Nep.* Praesidio perpetuo ibi posito *in obsidione* Athenas *tenuerunt. id.* Vrbem eorum *obsidione clausit. id. Ad vrbem* Celaenas *admouit exercitum. Curt. Vt circumsideri arcem & omnia sibi indies artiora viderunt esse. id.* Ne *segniter assidere* vni *vrbi* videretur. *id.* Muros *corona circumdari jussit. id.*

Hospi-

Hospitaliter deinde exceptos grauesque epulis & somno *cinxit obsidione. Id. Hos* saltum *circuire jussos pariter & à lateribus, & à fronte, & à tergo hosti ostendit. Id.* v. *Cingere.*

OBSTINATVS. v. *Pertinax.*

OBTRECTARE. *Libenter de iis detrahunt*, quos emergere vident altius. *Nep.* Inuidia *laudem virtutis obterit. idem.* Cum *de rebus gestis ejus detrahere* cœpisset, ac *nonnulla inueheretur in* Timoleonta. *id.* v. *Calumniari.*

OBVIAM IRE. Opportune *hic fit mihi obuiam. Ter. Optime mihi te offers. id. Te mihi ipsum jam dudum exoptabam dari. id. Oppido opportune te obtulisti mihi obuiam. id. Incommode illis fors obtulerat aduentum meum. id. Opportune te mihi*, Phidippe, *in ipso tempore ostendis. id. Concurrunt mihi obuiam. id.* Qui *in* latrones *inciderint. Cic. in Or. Excepere eum* Graecorum quatuor millia. *Curt. In eos*, qui lentius sequebantur, *incidebant* vniuersa fugientium agmina. *id.* v. *Venire.*

OCCASIONEM QVÆRERE, DARE, HABERE, ADIMERE, AMITTERE. *Quis* igitur *relictus est* objurgandi *locus? Ter. Una* accedendi *via est. idem. Tempus sibi dari*, vbi Phaedriae se ostenderet. *idem. Commodius esse* opinor duplici spe vti. *id. Quantam fenestram ad* nequitiam *patefeceris. id. Sic optime*, vt ego opinor, *omnes causas praecidam* omnibus. *id.* Mihi meae pristinae vitae *consuetudinem*, C. Caesar, *intercluſam aperuisti. Cic. in Orat. Hoc aditu* laudis, qui semper optimo cuique *maxime patuit*, non mea me voluntas, sed *meae vitae rationes* ab ineunte aetate susceptae *prohibuerunt. ibid. Occasionem sibi*

ad occupandam Asiam *oblatam esse* arbitratur. *ibid. Patefactumque* nostris legionibus esse Pontum, *qui* ante populo Rom. *ex omni aditu clausus esset. Ib.* Vt *ad* officii inuentionem *aditus esset. Id. in Off. Suppeditant* autem & campus noster, & studia venandi honesta *exempla* ludendi. *Ibid.* Nemo tam humilis esset, *cui non ad eum aditus pateret. Nep.* Ne *à fortuna datam occasionem* liberandae Graeciae *dimitterent. id. Tempus rei gerendae non dimisit. id. Nolite, quod pigri agricolae faciunt, maturos fructus per inertiam amittere è manibus. Curt.* Agendae rei *haud sane facilis patebat via. id. Locum* poëtarum mendacio *fecit. id.* Ita bellum vitando *alemus. id.* Ne *otium*, serendis rumoribus *natum, aleret. idem. Inde* Graeci mentiendi *traxere licentiam. id.* Hoc parricidium cum *diu volutassent*, Nabarzanes *aditum* nefariae *spei praeparans, &c. id. Occasioni imminens* alloquendi eum. *id.* v. *Accommodare.*

Occidere. v. *Interficere.* It. *Vincere.*

Occultare. *Tuum conspectum fugitat ob* peccatum. *Ter.* Cum se ille fugiens *in* scalarum *tenebras abdidisset. Cic. in Or.* Quae partes corporis ad naturae necessitatem datae, aspectum essent deformem habiturae atque turpem, eas *contexit atque abdidit. Id. in Off. Quae natura occultauit*, eadem omnes, qui sana mente sunt, *remouent ab oculis. ib.* Argentum effoderetur *penitus abditum. ib. Penitus in* Thraciam *se* supra Propontidem *abdidit*, sperans ibi *facillime* suam fortunam *occuli posse. Nep.* v. *Abscondere.*

Occupare. Qui ciuitates aut nationes deuictas bello *in fidem recepissent. Cic. in Off.* Valido praesidio *aditum occupare. Curt.* Praemissi à Dario

jugum

jugum montis *insederant. Id. Multitudo inundauerat campos. Id.* v. *Inuadere.*

OCCUPATUM ESSE, NON ESSE. *Ea res nunc agitur ipsa. Ter. Ibi nunc sum & vsque dudum id egi. Id.* Ego hanc clementem vitam vrbanam atque otium *secutus sum. id.* Ctesipho *in* amore *est totus. idem. In* perspicientia veri solertiaque *versatur. Cic. in Off. Huic quasi materia, quam tractet, & in qua versetur, subjecta est* veritas. *ib.* Reliquis tribus virtutibus necessitates *propositae sunt. ib. In* solita arte *versantur. ibid. Totum se in* cognitione & scientia *collocaret. ib.* Contrahendisque negotiis *implicantur. ibid.* Pub. Scipionem -- dicere solitum scripsit Cato, qui fuit fere ejus aequalis, *nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset. ibid. Otio fruor*, non illo quidem, quo debet is, qui quondam *peperisset otium* ciuitati, *nec eam solitudinem languere patior*, quam mihi affert necessitas, non voluntas. *ibid. Non vacasse* sermoni suo Regem. *Curt.* v. *Otium &c.*

ODISSE, ODIOSUM REDDERE. Audiui *cepisse odium tui* Philumenam. *Ter.* Nae sumus nos (mulieres) *aeque invisae* viris propter paucas, quae omnes faciunt, dignae vt videamur malo. *id. Odiosa haec est aetas* adolescentulis, *è medio aequum excedere est*: postremo *nos jam fabulae sumus*, Pamphile, senex atque anus. *id.* Scio pol *his fore meum conspectum invisum* hodie. *id.* Itane tandem quaeso est, Menedeme, vt pater tam in breui spatio *omnem de me ejecerit animum* patris? *id.* Ingratus est, injustus ciuis, qui armorum periculo liberatus *animum* tamen *retinet armatorum. Cic. in Orat.* Prouinciam *vnam*

ex omnibus huic victoriae *maxime infestam*, tamen qui erat Rex potentissimus *inimicus huic* causae, *aliena voluntas &c. Ibid.* Difficile est dictu, Quirites, *quanto in odio simus apud* exteras nationes. *Ib.* Dum omnes *à* suis *inimicis faces inuidiae meae subjiciantur. Ib.* Si mihi inimico, vt praedicas, tuo *conflare vis inuidiam. ib. Odio* inimicitiarum mearum *inflammatus. ibid. Ita communis erat omnium ille hostis, vt in communi odio pene aequaliter versaretur odium meum. ib.* Quaestus, qui *in odia hominum incurrunt. id. in Off.* Quo quis versutior & callidior est, *hoc inuisior & suspectior*, detracta opinione probitatis. *ib. Implacabile odium in* Datamen *susceperat. Nep. Prius animam, quam odium deposuerit. id.* Antonius *in* Ciceronem *odio ferebatur. idem. In maximum odium* Graeciae Lacedaemonii *peruenerunt. id.* Immortalitatem affectantem contumacius, quam aut ipsis expediebat, aut Regi, *auersati sunt. Curt. Nullam infestiorem* vrbem Graecis *esse. id. Auersari* scelus *perseuerantem* metu mortis terret. *id. Vicit bonitatem tuam*, Rex, *inimicorum* meorum *acerbitas. idem.* Ecquid videtis *odio* etiam sermonis patrii Philotam *teneri*? Solus quippe *fastidit* eum dicere. Sed sane dicat, *vtcunque cordi est*, dum memineritis, *aeque illum à* nostro more *atque* sermone *abhorrere idem. Vetus odium* miles *gerebat in* Branchidarum gentem. *id.* Quem solum *aequis oculis videre non poterat. id. Vicit gratiam* meriti sceleris *atrocitas. idem.* Patrios mores *exosus est. idem.* Liberam vocem innocentis audire metuis, ac *ne vultum quidem pateris. id.* Tu Philippum patrem *auersaris*, & si quis Deorum ante Jouem haberetur, *fastidires* etiam Jouem. *idem.* v. *Inimicum esse, Hostem &c.*

OFFENDERE. Miseret tui me, qui hunc tantum hominem *facias inimicum tibi. Ter. Clemens, placidus, nulli laedere os. Id.* Cum ista res *nihil commouisset ejus animum. Cic. in Orat.* Gentes *contra* imperatorem nostrum *sunt conciitatae. Ib.* v. *Inimicum &c.* it. *Irritare.*

OFFICIOSUS, OFFICIUM FACERE. It. OFFICIA DEFERENDI F. *Ego*, Pamphile, *hoc tibi pro seruitio debeo, conari manibus, pedibus, noctesque & dies, capitis periculum adire, dum prosim tibi. Ter. Si quid est quod mea opera opus sit vobis*, aut tu plus vides, manebo, *ne quid vestrum remorer commodum. Idem.* Aut consolando, aut *consilio, aut re juuero. id. Numquid est, quod mea opera vobis opus sit? idem. Nostra vtere amicitia, vt voles. id.* Hercules *seruiuit* Omphale. *id. Ego quicquid in me est studii, consilii, laboris, ingenii*, quicquid hoc beneficio pop. Rom. atque hac potestate praetoria, *quicquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne* ad hanc rem conficiendam & *tibi* & pop. Rom. *polliceor & defero. Cic. in Orat.* In legatione & ciuibus & sociis *ita se probauit. ibid. Nulla vitae pars* neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si cum altero contrahas, neque si tecum agas quid, *vacare officio debet. id. in Off.* Si *in eos*, quos speramus profuturos, non dubitamus *officia conferre, quales in eos esse debemus*, qui jam profuerunt? *Ibid.* Intelligendum est etiam duabus *quasi nos à natura indutos esse personis. ib. Officia* non eadem disparibus aetatibus *tribuunt. ibid.* Justitiae *fungatur officiis. ibid.* Neque eo secius Athenienſibus — *officia praestabat. Nep.* Alexander non ducis magis, quam militis *mu-*

nera exequebatur. Curt. Ducis & saepe etiam gregari militis *munia explicuit. Id. Nullo detrectante munus, quod* Rex *occupasset. id. Quo promptioribus animis* reliqua belli *munia subirent. ib.* v. *Humanus.* it. *Fungi officio.*

OPERAM DARE. Poëta cum primum *animum ad* scribendum *appulit, id sibi negotii credidit solum dari,* populo vt placerent, quas fecisset fabulas. *Ter.* Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, vt *animum ad aliquod studium adjungant,* aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad Philosophos, *horum ille nihil egregie praeter caetera studebat,* & tamen *omnia haec mediocriter. id.* Quem ego credo *manibus pedibusque obnixe omnia facturum. id.* In deterrendo voluissem *operam sumere. id.* Spe incerta certum *mihi laborem sustuli. idem.* Qui *artem tractant* Musicam. *id.* Quod si fit, vti *me excutiam. id.* Phaedria haud cessauit *pro te eniti. id.* Purgem me? *laterem lauem. id. Quibus ille studiis ab ineunte aetate se imbuerat,* non saltandi, sed bene vt armis, optime vt equis vteretur. *Cic. in Or. Laboro equidem* Regis Dejotari *causa. ibid.* v. *Studere.* it. *Studiose agere.*

OPINARI. Vtrique *venit in opinionem* signum datum. *Nep. In opinionem adducuntur. id.* v. *Existimare.* it. *Putare.*

OPPIGNORARE. *Ea relicta huic arrhaboni est pro* illo argento. *Ter. Ager oppositus est pignori ob* decem minas. *id.* v. *Committere.*

OPTANDI FORM. *Dii tibi* omnes *id quod est dignum duint. Ter. Dii vertant bene, quod agas. id. Dii mala prohibeant. id.* v. *bene Precandi form.*

Opus

OPUS AGGREDI. Plurimum referre, quales viri *tam memorabili operi admoturi manus essent*. *Curt.* v. *Incipere*.

ORARE. v. *Rogare*.

ORATIONEM HABERE. *Sermonem* cum admiratione laudum ejus *instituit*. *Curt.* v. *Eloquens*.

ORDINARE. Non *sat commode haec diuisa sunt temporibus tibi*, Daue. *Ter.* Tu hosce *instrue*, hic ego ero post principia, inde omnibus signum dabo. Istuc est sapere, vt *hosce instruxit, ipse sibi cauit loco*. *Idem*. Hic restat actus, in hoc elaborandum est, vt Remp. *constituas, eaque* tu inprimis *composita* summa tranquillitate & otio perfruare. *Cic. in Or.* Nisi haec vrbs *stabilita tuis consiliis & institutis* erit. *ibid.* Quemadmodum esset ea *ratio* totius belli *descripta*, docui. *ibid.* *Quemadmodum descriptum distributumque erat*. *ib.* Summa aequitate *res constituit*. *Nep.* Lyciae Pamphiliaeque *rebus compositis*. *Curt.* *A* mari quoque, quo dextrum ejus cornu tegebatur, *alios obiecturus, vt vndique vrgeret*. *id.* Dextra laeuaque *dispositi erant* equites. *id.* *In subsidiis* pugnacissimas *locauerat* gentes. *id.* *In fronte constituit*. *id.* Caeteros *in medium belli discrimen strenue transfert*. *id.* Equites, quibus praeerat, *ante ipsum* Regis *currum objecit*. *id.* Muris ambitum *destinat*. *id.* *Instructo milite & composito agmine* antecedebat. *id.* *Cornua* quoque *praesidiis firmauit, non recta fronte, sed à latere positis*. *id.* *Ordines vltimos auertit à fronte*. *id.* Thracas quoque simul *objecerat*, leuiter armatos, adeoque *aciem versatilem posuit*, vt, *id.* *Curis omnium ad formandum publicum statum* à tam solenni munere *auersis*. *id.* v. *Diuidere*.

ORTRI. Nunc demum istaec *nata est* oratio. *Ter.* Si hujusce rei ratio aliqua *ab* optimarum artium studiis & disciplina *profecta. Cic. in Or.* Bellum *subito exarsit. Ibid.* Etiamsi Catilina perierit, scitote hic in Rep. *seminarium* Catilinarium *futurum. ib.* Haec tot exempla, tanta, ac tam noua *profecta sunt* in eundem hominem *à* Catulo. *ib.* Omnes *in me* meosque *redundant ex illo fonte* dolores. *ib. Ex* singulis virtutibus certa officiorum genera *nascuntur. idem.* Illae quidem injuriae, quae nocendi causa de industria inferuntur, saepe *à* metu *proficiscuntur. ib. Id est principium* vrbis *& quasi seminarium* Reip. *ibid.* Cum proposita sint genera quatuor, *è* quibus honestas officiumque *manaret. ibid.* Illud odiosum est, quod *in* hac elatione & magnitudine animi, facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus *innascitur. ib. A quo* omne honestum decorumque *trahitur. ib.* Quam personam gerere velimus, *à* nostra voluntate *proficiscitur. ibid.* Cum omnis honestas *manet à* partibus quatuor. *ib.* Nulla tam detestabilis pestis est, quae non *homini ab* homine *nascatur. ib.* Quamuis demersae sint leges alicujus opibus, quamuis tremefacta libertas, *emergunt* tamen haec aliqua aut judiciis tacitis, aut occultis de honore suffragiis. *ib.* Nec vero vnquam bellorum ciuilium *semen & causa* deerit. *ib.* Prima commendatio *proficiscitur à* modestia. *ibid.* Modo hoc malum *in* hanc Remp. *inuasit. ibid. A* quibus *natum est*, quod jam tritum est vetustate prouerbium. *ibid.* Illud, quod *ex eo paritur*, permagnum videtur. *ibid. A* quatuor *fontibus* honestatis primo libro officia *duximus. ibid. Exarsit* intestinum bellum. *Nep.* Bellum *conflatum est. Id.*

Inci-

Incidit Caesarianum intestinum bellum. *Id.* *Unde* quidam Venetos *trahere originem* credunt. *Curt.* Quod cum *à* mari surgat. *idem.* *Ab* illo Deo ipsos *genus ducere.* *id.* *A quo genus ipse deduceret.* *id.* *Ad* Cyrum quoque nobilissimum Regem *originem sui referens.* *idem.* *Ne in* seditionem *res verteretur,* otium interpellandum erat bello. *id.* v. *Causari.*

OSTENDERE. Formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam *posuit in promptu.* *Cic. in Off.* v. *Significare.*

OSTENTARE. Quos concursus facere soleat! *quam se jactare!* *quam se ostentare!* *quam nemini in* illa causa *studio & cupiditate concedere.* *Cic. in Orat.* v. *Gloriari.*

OTIOSUS, OTIUM. Sex ego *te* totos, Parmeno, hos menses *quietum reddam,* ne sursum deorsum curssites. *Ter.* *Sine me vacuum tempus ne quod dem mihi laboris.* *id.* Non conuenit, qui illum ad *laborem* impulerim, nunc me ipsum *fugere.* *idem.* *Dormiunt,* ego pol istos commouebo. *id.* *In otio esset potius, quam in negotio.* *id.* *Transdere hominem in otium.* *id.* Cum sumus necessariis *negotiis curisque vacui.* *Cic. in Off.* *Nostrum otium negotii inopia, nec requiescendi studio constitutum est.* *ibid.* *Nullo se implicari negotio* passus est. *id. in Or.* v. *Ignauus.* it. *Occupatum esse & non.*

P.

PACIFICUS, PACEM FACERE, COLERE. *Inter se transigant ipsi,* vt lubet. *Ter.* In summo tamen timore *quiescendum sibi esse* arbitrabatur. *Cic. in Orat.* *Pacis auctor semper fui,* post Pharsalicum

autem praelium, *suasor* fuissem *armorum non deponendorum, sed abjiciendorum. Ibid. Arma ab aliis posita*, aliis erepta sunt. *ibid. Ut res maximae minimo motu*, pericula summa *nullo tumultu*, *bellum* intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum ac maximum, me vno togato duce & imperatore *sedetur. ibid.* Cum triginta dierum essent *cum hoste factae induciae*, noctu populabatur agros, quod dierum essent *pactae*, non noctium *induciae. id. in Off. Paci*, quae nihil habitura insidiarum, *semper est consulendum. ibid.* Se *dirempturos controuersiam* putauerunt. *ib. A litibus quantum liceat*, nescio an paulo plus etiam, quam liceat, *abhorrentem. ibid* In bello semper *de pace agendum audiendumque* esse putaui; semperque dolui, non modo *pacem*, sed *orationem* etiam ciuium *pacem efflagitantium*, *repudiari*. Neque enim ego illa, nec vlla vnquam secutus sum arma ciuilia, semperque *mea consilia pacis & togae socia, non belli atque armorum fuerunt. id. in Orat. Pacem conciliare. Nep. Bellum componere. id. Totum bellum deleuit. id. Reconciliata pace. id. Pacem his legibus constituerunt. id. Otium conciliare. id. Paci seruiendum* putauit. *idem. Reconciliandam gratiam cum* Perdicca. *Curt. De finienda discordia armisque ponendis. id.* Vtrumque agmen mutua salutatione facta iuit, *in perpetuum*, vt arbitrabantur, *concordia & pace firmata. idem. Quantam tempestatem subita serenitate discussit?* Non ergo reuirescit solum, sed etiam floret imperium. *Id.* v. *Concordiam colere.*

PALLESCERE. *Pallor* deinde *suffusus est. Curt. Confuderat oris* exsanguis *notas pallor. id.* v. *Timere.*

PARARE SE. In omnibus negotiis, priusquam aggre-

aggrediare, *adhibenda est praeparatio diligens. Cic. in Off.* v. *Meditari.*

PARCUS. *Nimium parce facere sumptum. Ter.* Pudice *vitam, parce ac duriter agebat,* lana ac tela victum quaeritans. *Id.* Semper *parce ac duriter habere. Idem. Quod ille vnciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, comparsit miser. Idem.* v. *Auarus.*

PAREM ESSE. Multitudo juniorum exercitus, quos amiserat Darius, *aequabat. Curt.* v. *Excellere.*

PARERE. *Neque istuc neque alibi tibi vnquam erit in me mora. Ter. Si meum imperium exequi voluisses. Id.* Me parenti potius, quam amori *obsequi* oportet. *Id. Ut ejus* semper *voluntatibus* non modo ciues *assenserint*, socii *obtemperarint*, hostes *obedierint*, sed etiam venti tempestatesque *obsecundarint. Cic. in Or. Qui semper vestrae auctoritati dediti fuimus. ib. Intentum ad* ducis *non signum modo, sed etiam nutum. Curt. Quod is imperasset, impigre exequi. id. Obedienter imperata fecerunt. id. Imperii jugum recusantes. ib. Imperium sequi. id.* Nouum *imperium aspernantibus. id.* Parati sunt ad *exequendum imperium. id. Ad omne obsequium destinati. id.* Adhuc *jugum ejus rigida ceruice subeuntibus* barbaris. *idem.* Vestris armis *continentur*, non suis moribus. *id.* Nobilis equus *vmbra quoque virgae regitur*, ignauus *ne calcari quidem concitari potest. id.* Vbi *reuerentia excessit animis. id.* Ad subigendos, qui *auersarentur imperium. id. Nihil, quod imperaret, detrectant. id. Surdas* jamdudum *aures pulso, auersos animos & infractos excitare conor. id. Imperium atque auspicium tuum constantissime secuti. id.* Oppidani *detrectabant*

bant imperium. Id. Nec imperium à territis incompositisque *poterat seruari. Idem. Quid haec repens consternatio & tam procax atque effusa licentia denunciat?* Eloqui timeo, *palam* certe *rupistis imperium & precario* Rex *sum. id.* v. *Obedire, Obsequi.*

PARTICEPS, PARTICIPARE. Ne *expers partis* esset de nostris bonis. *Ter.* Jamne enumerasti id, *quod ad te rediturum* putes? *idem.* Clarissimi sunt habiti, qui etiam *minimae parti* tantae fortunae *adhaeserunt. Curt.* v. *Accipere,* it. *Donare.*

PATERFAMILIAS. *Rei dare operam,* ruri esse parcum ac sobrium. *Ter.* Rus habitatum abii, concedens vobis & *rei seruiens. id.* Cum & *rei familiari tantum operae daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias. Nep.* v. *Operam dare.*

PATI. v. *Tolerare. p. 200.*

PATRIA. Patria, quae *communis* est *omnium nostrum parens. Cic. in Orat.* v. *Gignere.*

PATRONUS, PATRONUM ADJUNGERE, HABERE. *Columen* vero *familiae,* cui commendaui filium, hinc abiens, meum. *Ter. Ex cujusquam amplitudine aut praesidia* periculis, *aut adjumenta* honoribus *quaeram. Cic. in Or. Magnum in vobis praesidium,* quod mihi in perpetuum *comparatum est.* Magna in Rep. *dignitas,* quae *me semper tacita defendet. ibid. Nihil habet* nec *fortuna tua majus, quam vt possis, nec natura tua melius, quam vt velis conseruare quam plurimos. ib. Propugnator* Senatus, *defensor* vestrae voluntatis, *patronus* illius publici consessus, *restitutor salutis meae. ibid.* Semper *spiritus meus ex te pependit. Curt.* Princeps conjurationis *sub illius vmbra latebam. id. Ab illo traditi ad hunc*

gradum

gradum amicitiae tuae *ascendimus, is apud te fuit, cujus gratiam expetere & iram timere possimus. Id.* Quis Deorum hoc Macedoniae *culmen ac sidus* diuturnum fore polliceri potest? *Id.* v. *Commendare.* it. *Promouere.*

PAUPER. *Sentum, squalidum, aegrum, pannis annisque obsitum. Ter. Nihil esse mihi*, religio est dicere. *Idem.* Abeat potius multo quouis gentium, quam hic per flagitium *ad inopiam redigat patrem*; nam si illi pergo suppeditare sumptibus, Menedeme, *mihi* illaec vere *ad rastros res redit. id. Adeon' rem redisse, vt periculum etiam à fame sit*, Syre? *id.* Virgo *nihil habet* & ducenda indotata est. *id. Non multum habet*, quod det fortasse, *imo nihil nisi spem meram. id.* Quid faciam, *vnde* ego nunc tam subito huic *argentum inueniam miser, cui minus nihilo* est? *id.* Nulli sunt inuenti tam aut *fortuna miseri*, aut voluntate perditi. *Cic. in Orat.* Hic *nihil in domum suam intulit. Id. in Off.* Athenienſibus *exhaustis. Nep.* Cum milites *nihil domum*, praeter gratuitas cicatrices, *relaturi sint. Curt.* Patrem ejus tonsorem, *vix diurno quaestu propulsantem famem. id.* v. *Carere, Diues, Egere.*

PECCARE. *Adeon' impotenti esse animo*, vt praeter ciuium morem atque legem, & sui voluntatem patris, hanc habere studeat cum summo probro? *Ter. Vehemens in vtramque partem*, Menedeme, *es nimis*, aut largitate nimia, aut parsimonia. *In eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides. id. Tot peccata in hac re ostendis. id.* Quodnam ob facinus? *quid ego tantum sceleris admisi* miser? *Id.* Illa quae antehac facta sunt, omitto: *modo quid designauit? Idem.*

Idem. Hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet. *Id.* Hercle *abs te factum est turpiter. Id. Nullam de his rebus culpam commeruit* tua. *Id.* Censen' te posse reperire vllam mulierem, quae *caret culpa*? An quia non *delinquunt* viri? *Idem. In eandem vitam te reuolutum denuo video esse. id.* Si te senserit timidum pater esse, arbitrabitur *commeruisse culpam. id. Culpam* vt Antipho *in se admiserit. id.* Etsi *aliqua culpa tenemur* erroris humani, *a qua certe liberati sumus. Cic. in Orat. Non cupiditate* praesertim, *aut prauitate aliqua lapsis. ibid.* Ignoscite, judices, *errauit, lapsus est* — ad parentem sic agi solet. *ibid.* Neque enim ille *odio tui progressus*, sed *errore communi lapsus est. ib. In eo — culpam* Regis *nullam fuisse. ibid.* Esto, concedatur haec quoque acerbitatis & odii magnitudo. Adeone vt etiam *omnia vitae salutisque communis, atque etiam humanitatis jura violentur? ib.* Senatus *grauissima decreta perfregerat. ib. Quodnam concepi tantum scelus*, aut *quod in me tantum facinus admisi? Ibid. Tam est in vitio, quam si* parentes, aut amicos, aut patriam *deserat. Idem. in Off. Ille — ab officio discedat. ib.* Ne si irascamur aut intempestiue accedentibus, aut impudenter rogantibus, *in* morositatem inutilem & odiosam *incidamus. ibid. Elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur. ibid. In* ipsa dubitatione *facinus ineſt*, etiamsi *ad id non peruenerint. ibid.* Satis nobis, si modo in Philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet, si omnes Deos hominesque celare possemus, *nihil* tamen *auare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum. ibid. Tetrum facinus admittendum. ib.* Formula

mula quaedam constituenda est, quam si *sequemur in* comparatione rerum, *ab officio nunquam recedemus. Ibid.* Ne *inexpiabile in* populares *facinus admitterent. Curt.* Si quos adhoc pristina *noxa* judicaret *esse contactos. Idem. Multa praeter* ipsius decorum *gerere* scripserat. *id.* v. *Sceleratus, Turpis, Dedecere.*

PECUNIAM COMPARARE. Vt ea via *abs te argentum auferretur. Ter.* Minas decem *corradet alicunde. Idem.* Quam inique comparatum est, hi *qui minus habent*, vt *semper aliquid addant ditioribus. id.* v. *Acquirere, Inuenire.*

PECUNIAM IMPENDERE. *Sumptus* domi *tantos ego* solus *faciam. Ter. Praebent exigue sumptum*, & ea sunt ad virtutem omnia. *id. Argentum annumerauit* illico: *Dedit praeterea in sumptum* dimidium minae. *id.* Tene *asymbolum venire? Id.* Ne cum hic non videant me, *conficere* credant *argentum* suum. *Id. Dilapidet* nostras triginta minas. *Id.* v. *Impendere.*

PEJERARE. Regulus vero non debuit conditiones pactionesque bellicas & hostiles *perturbare perjurio. Cic. in Off.* v. *Atheus.*

PENINSULA. Quae *quia continenti adhaeret, sed magna ex parte cingitur fluctibus, speciem insulae praebet, ac nisi tenue discrimen objiceret, maria, quae nunc diuidit, committeret. Curt.* v. *Cingere.*

PERDERE. Quae si non astu prouidentur, me aut herum *pessundabunt*, nec quid agam certum est. *Ter.* Dum studeo obsequi tibi, *pene illusi vitam* filiae. *id. Instructa pulchre ad perniciem. id.* Seni *animam* primum *extinguerem ipsi*, qui illud produxit scelus.

Tum

Tum autem Syrum impulsorem, *vah, quibus illum lacerarem modis! Sublimem medium arriperem, capite primum in terram statuerem, vt cerebro dispergat viam*: Adolescenti *ipsi oculos eriperem, post haec praecipitem darem*: Caeteros *ruerem, agerem, raperem, tunderem & prosternerem. Idem.* Ne *nimium* modo bonae tuae istae *nos* rationes, Mitio, & tuus iste animus aequus *subuertat. idem.* Ille *ad famem hunc à* studio *studuit rejicere. id.* At *tibi Dii dignum factis exitium duint! idem. Dii te eradicent! id. Dii tibi male faciant! id.* Multas *afflictas & euersas* domos. *Cic. in Or.* Nihil est opere aut manu factum, quod aliquando non *conficiat & consumat* vetustas. *ibid.* Vt nulla non modo cupiditate, sed ne spe quidem, *prudens & sciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium. ibid. Eos Martis vis perculit, non ira victoriae. ib.* Quae jacere sentis, belli ipsius impetu, quod necesse fuit, *perculsa atque prostrata. ib.* Non fuit recusandum in tanto ciuili bello, tantoque animorum ardore & armorum, quin *quassata* Resp. quicunque belli euentus fuisset, *multa perderet & ornamenta dignitatis, & praesidia stabilitatis suae. ib. Ad mortem te*, Catilina, *duci* jussu consulis jampridem oportebat, *in te conferri pestem istam, quam in nos* omnes jamdiu *machinaris. idem.* Nunc tam *aperte* Remp. vniuersam *petis*, templa Deorum immortalium, tecta vrbis, *vitam omnium* ciuium, Italiam denique totam *ad exitium & vastitatem vocas. ibid.* Etiamsi *vis aliqua me oppresserit. ibid. Vita priuare* conati sunt, qui *delere* imperium, qui populi Rom. *nomen extinguere. ib.* Hoc vniuersum Reip. domicilium *delere* conati sunt. *ibid. In cinere deflagrati*

impe-

imperii collocarent. Id. Initum delendae Reip. *consilium*, hic ad *euertendum fundamentum* Reip. Gallos accersiuit. *Ib.* Corinthum patres vestri, totius Graeciae lumen, *extinctũ esse voluerunt. Ib.* Ejus aduentu maximas Mithridatis copias, omnibus rebus ornatas atque instructas, *esse deletas. ibid.* Spem vllam esse habituros Milonis inimicos, *ad ejus* non *salutem* modo *extinguendam*, sed etiam *gloriam per* tales viros *infringendam. ibid.* Annum integrum *ad dilacerandam* Remp. quaereret. *ib. Ad euertendam* Remp. quaereret. *ib. Ad euertendam* Remp. *ibid. Illam perniciem extinxit. ibid.* Cum tribunus pl. Rep. *oppressa* me Senatui dedissem, quem *extinctum* acceperam. Equitibus Rom. *quorum vires erant debiles*, bonis viris, qui *omnem auctoritatem* Clodianis armis *abjecerant. ibid.* Carthaginem & Numantiam *funditus sustulerunt. Id. in Off.* Quo est detestabilior illorum immanitas, *qui lacerarunt omni scelere patriam, & in ea funditus delendae occupati sunt* & fuerunt. *ib.* In *excidenda* Numantia. *ib. Qua nulla pernicies major hominum vitae potuit afferri. ibid.* Quarum impetu docet quaedam hominum genera *esse consumpta*: deinde comparat quanto plures *deleti* sint homines *hominum impetu*, id est bellis aut seditionibus, quam *omni* reliqua *calamitate. ib.* Vniuersas quoq; prouincias regionesque *vno calamitatis jure comprehenderet.* Itaque *vexatis & perditis* exteris nationibus. *ib. Labefactant fundamentum* Reip. *ib.* Nec vero solum ipsa *cecidit*, sed etiam reliquam Graeciam *euertit contagionibus malorum, quae à* Lacedaemoniis *profecta manarunt latius. ibid.* Plura breui tempore *euersa*, quam multis annis stante Rep. *ibid.* v. *Miser &c.* it. *Perire.*

PERFICERE, PERFECTUS. Illud quod rectum iidem appellant, *perfectum atque absolutum est*, &, vt iidem dicunt, *omnes numeros habet*, nec praeter sapientem cadere in quenquam potest. *Cic. in Off.* Expectauere eum fata, dum oriente perdomito aditoq; Oceano, *quicquid mortalitas capiebat, impleret. Curt.* v. *Exequi.* it. *Imperfectus.*

PERFIDUS. Adeon' me ignauum putas, adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, vt neq; me consuetudo, neque amor, *neque pudor commoneat neque commoueat, vt seruem fidem? Ter. Quantae in periculis fugae proximorum, quantae timiditates. Cic. in Orat.* Ex intimis Regis *ab amicitia ejus defecerat. Nep. Amicitiae fidem non praestitit. id.* Non timere, ne *fidem datam* tantus Rex *violaret. Curt.* Societatis *fide violata. idem. Ancipitem fidem & mercede venalem proditionem imminere. id.* v. *Fidelis.*

PERICULO COMMITTERE, IN PERICULO ESSE. Ita tu istaec tua misceto, *ne me admisceas. Ter.* Sceleſtus *quantas turbas conciui* insciens. *idem.* Perii quid ego egi? *in quod me conjeci malum? id. Mea* quidem hercle *in dubio vita est. id.* Nisi me animus fallit, *haud multum à me aberit infortunium, ita* hercle *in angustum oppido nunc meae coguntur copiae. idem.* Etiam *de sorte* nunc *venio in dubium* miser. *id. Tot res repente circumuallant, vnde emergi non potest:* vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia. *id.* Tua fama & gnatae vita *in dubium veniet. idem. Nullus es,* Geta, *nisi aliquod jam tibi consilium celere reperis:* Ita nunc imparatum subito *tanta te impendent mala, quae neque vti deuitem scio, neque quomodo me inde extraham. id. Auribus teneo lupum. id.* Viden' me

me *consiliis tuis* miserum *impeditum esse*? *Id.* Nepos auum *in discrimen capitis adduxerit — Corpus suum periculo objecit. Cic. in Orat. In vno homine salus summa periclitanda*? *Ib.* Vobis erit prouidendum, Quirites, qua conditione posthac eos esse velitis, qui *se pro salute vestra obtulerint inuidiae periculisque omnibus. Ibid. In discrimen aliquod* atque in vestrae seueritatis judicium *adducitur*? *ibid.* Quid? quod *salus* sociorum *summum in periculum ac discrimen vocatur. Ib.* Caeteras *tempestates & procellas* in illis duntaxat fluctibus concionum semper putaui Miloni *esse subeundas. ib.* Si *vita nostra in aliquas insidias*, si *in vim*, *in tela* aut latronum aut inimicorum *incidisset. ibid. Facinorosorum armis* meos ciues, meis consiliis *periculisque seruatos, pro me objici nolui. ibid. Vitam suam, quam maximis praemiis propositam & pene addictam sciebat*, nunquam *in periculum* sine praesidio & sine custodia *prouehebat. ib. Qui pro te toties morti me obtuli. ib.* Ego *inimicitias* potentium *pro te appetiui*: ego *meum saepe corpus & vitam objeci armis inimicorum tuorum. ibid.* In *adeundis periculis* consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter aegrotantes leuiter curant, *grauioribus* autem *morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Id. in Off.* Alii *de vita*, alii de gloria & beneuolentia ciuium *in discrimen vocantur. ibid.* Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, *periculum capitis inferre* multis. *ib. In his vitae periculis laboribusque versamur. ibid. Periculum* autem *residebit & erit inclusum penitus in venis atque in visceribus* Reip. *Id. in Or. Multis vndique cinctam periculis. ibid.* Si *ei* tractanti contemplantique res cognitione dignissi-

mas *subito sit allatum periculum discrimenque* patriae. *Ib. Intus inclusum periculum est, intus est hostis. Ibid. Se maximos labores summaque adiisse pericula. Nep. Instans periculum depellere. id.* Vtilissimum ratus, *impendentem euitare tempestatem. id.* Ne *sub vnum fortunae ictum totas vires* regni *cadere* pateretur. *Curt.* Qui vniuersas vires semper *discrimini bellorum obtulerant. id.* Caeteros *in medium belli discrimen strenue transfert. id.* Quo *propius periculum accedo. Id. Subire periculum. idem.* Quia tam *manifestum periculum erat*, ipsum Regem *discrimen subire* non placuit. *idem.* Cum *tam auide manifestis periculis offeras corpus*, oblitus *tot* ciuium *animas trahere te in casum. id. Cui quisque semet offerret, in suum caput alienam cladem esse versurum. id. Vndique vis mali vrgebat. idem. Ingens periculum* in medio haerens *adiisset. id. Anceps* oppidanos *malum vrgebat. id. Non aliud discrimen vehementius fuisse* memoriae proditum est. *id.* Se, *in praecipiti ac lubrico stantem, consilium à praesenti necessitate cepisse. id. Ancipiti periculo implicitus. id.* Laeuo humero vsque ad ossa laceratus *ad vltimum periculi peruenerat. idem. Ad omnes ictus expositus. id. Ad* mortis *periculum adductis. idem. In ipsum periculum inciderat, quod* inimico paulo ante *intenderat. id.* v. *Nocere.* it. *Timere.*

PERIRE. *Actum est, ilicet, periisti. Ter. Ipsa, si cupiat, Salus seruare prorsus non potest* hanc familiam. *idem.* Ille & cura & sumptu *absumitur. idem.* Opera tua *ad restim mihi quidem res rediit planissime. id. Sepultus sum. id. Pereant* amici, *dum vna* inimici *intercidant* (*versus immanis* addit.) *Cic. in Or.*

Facet

Jacet ille nunc prostratus, Quirites, *& se perculsum atque abjectum esse sentit. ibid. Si stare non possunt, corruant. ib.* Catilinae *copias omnes, spes atque opes*, his depulsis vrbis periculis, *concidisse. Ib. Ruere illa non possunt, vt haec non eodem labefactata motu concidant. ib.* Videor enim hanc vrbem mihi videre, lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium, *subito vno incendio concidentem. ib.* Si vnus ille *occidisset*, non haec solum ciuitas, sed gentes omnes *concidissent. ibid.* Singularis illa huic concessa gloria, quae quotidie augebatur *frangendis furoribus* Clodianis, jam morte Clodii *cecidit. ibid.* Hodie *Remp. nullam haberetis. ib.* Etsi non optimam, at *aliquam Remp. quae nunc nulla est, haberemus. Id. in Off.* Cum Epaminondas conflixisset, Lacedaemoniis *opes corruerunt. ibid. Parietes* vrbis modo *stant & manent*, iique ipsi jam *extrema scelera metuentes*: Rem vero publicam *penitus amisimus. ib.* Ficta omnia *celeriter tanquam flosculi decidunt, nec* simulatum quicquam *potest esse diuturnum. ib.* Ea quidem laus tua *pariter cum* Rep. *cecidit. ib.* Habenda est ratio rei familiaris, quam quidem *dilabi*, flagitiosum est. *ib.* Vt honores, vt omnes dignitatis gradus, sic hujus scientiae *splendor deletus est. ib.* Optimates *exterminarentur* & praeclarissime constituta Resp. *dilaberetur. ibid.* Justitia *vacillat & jacet potius. ib. Extincto* Senatu *deletisque* judiciis. *ib.* Nisi dederent, *vltima ipsos esse passuros. Curt.* Rati, *actum esse de* dominis. *id. De me jam transactum est. idem. In perniciem* quae ante praedam posita esset, *incurrere. id.* Quid *ruimus belluarum ritu in perniciem* non necessariam? *id. Ruinae rerum illos subdere capita. id.* Quod *imperium*

rium sub vno *stare potuisset, dum à pluribus sustinetur, ruit. id.* v. *Miser &c.* it. *Perdere.*

PERMITTERE. *Facite aequi sitis, date* crescendi *copiam. Ter.* Obsecrat, vt *sibi ejus faciat copiam. Id.* Vt *in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatam* huic reo. *Cic. in Orat. Quod si mihi à vobis tribui concedique sentiam. ib. Feci potestatem. ib. Tacite dat ipsa lex potestatem* defendendi, quae non modo hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidendi causa vetat. *ib.* Nec justitiae suae putaret esse, quem *sententiis* judicum *tradidisset*, eundem *telis* militum *dedere*: nec sapientiae temeritatem concitatae multitudinis *auctoritate publica armare. ib. Gladium nobis ad* occidendum hominem ab ipsis *porrigi* legibus. *ib.* v. *Licere.*

PERNICIOSUM ESSE. Si leges nominandae sunt, ac non *faces vrbis & pestes.* Reip. *Cic. in Orat.* v. *Nocere.* it. *Perdere.*

PERSEQVI. Dario *imminens. Curt. In tergis*, vt credebat, *haesurus. id.* Alexander mutato equo — resistentium ora *fodiebat, fugientium terga. id. Haerebat in tergis fugientium* victor. *idem. Imminere fugientium tergis. id. Consecutis strenue* hostibus. *id. Urgente* hoste. *id. Insequebatur* dissipatos victor. *id.* Omnes hi simul, *si terga nostra viderint, sequentur. id. In hostium ceruicibus stamus. id.* Turbatis *acriter pedem inferre* coeperunt. *id.* Linquente animo suis praecipit, vt donec lucis aliquid superesset, *fugientium tergis inhaererent. idem.* Macedones *ira longius prouexit. id. Sine intermissione fugientes insequebatur. idem.* Relegatos in vltimum pene rerum humanarum terminum *persequi & eruere*, arduum vide-

videbatur. *id.* Quos barbari *effuse sequentes, in alios,* inter quos ipse Rex erat, *incidunt. id.* Qui auerso *ei instabant,* ab Agrianis militibus *premebantur. id.* v. *Fugare.*

PERSEVERARE. *Inuictus aduersus ea, quae caeteros terrent,* nondum percurato vulnere *acrius* obsidione *institit,* naturalem celeritatem ira concitante. *Curt.* v. *Constans* it. *Magnanimus.*

PERSTRINGERE. Quo pacto Rhodium *tetigerim* in conuiuio. *Ter.* Quibus quotidie meam potentiam *inuidiose criminabantur. Cic. in Orat.* v. *Obtrectare.*

PERSUADERE. *Hunc ad meam auctoritatem non potui adducere. Cic. in Or.* Quoniam *auribus vestris* propter incredibilem magnitudinem sceleris, *minorem fidem faceret oratio mea. ib.* Vita talis & ciuis & viri *fidem non faciebat,* nisi *eo tacente res ipsa loqueretur. ib. Vix fecerunt fidem. Curt. Victa* literis. *id. Fecerant* rumori *fidem* temere vulgato milites. *id* Supplex idem & infestus *expressit, vt* tandem non solum silentium, sed etiam *operam polliceretur. id.* Barbari *animum ad* honestiora, quam tutiora *conuerterat. idem.* Si *animos eorum* leni & apta *oratione permulcere* voluisset. *id.* v. *Suadere, Impellere.*

PERTINAX. Vide ne *impulsus ira praue insistas. Ter.* Adeone *peruicaci esse animo? id.* v. *Audax.*

PERTINERE AD ALIQUID. *Magis ad* institutionem vitae communis *spectare* videntur. *Cicer. in Off. Id quod in deliberationem cadit. ibid.* Quae quatuor quanquam *inter se colligata atque implicita sunt. ibid.* Primus ille, qui *in* veri cognitione *consistit, maxime contingit* naturam humanam. *ib. Re-*

ferri enim decet *ad ea*, quae proposui in principio fundamenta justitiae. *Ibid. Attingit* enim & bellicam laudem. *Ibid.* v. *Interest.*

PERTURBARE, PERTURBATUS. *Vix sum apud me, ita animus commotus est* metu, spe, gaudio, mirando hoc tanto tam repentino bono. *Ter. Prorsum oblitus sum mei. id.* Me miserum, *vix sum compos animi. id. Non sum apud me. id. Magno motu concuterent* magis, quam affligerent. *Curt.* Mox *velut in vasta solitudine omnia tristi silentio muta torpebant*, ad cogitationes, quid deinde futurum esset, conuerso. *id.* v. *Terrere.*

PESTIS EST. v. *Lues* & *Amplificare.* Famem deinde *pestilentia secuta est*, quippe insalutarium ciborum noui succi, ad hoc itineris labor & aegritudo animi *vulgauerant morbos*, & nec manere sine clade, nec progredi poterant. Manentes fames, progressos *acrior pestilentia vrgebat.* Ergo *strati erant campi pene pluribus semiuiris, quam cadaueribus. Curt.*

PETERE. v. *Rogare.* it. *Cupere.*

PIGNUS. v. *Oppignorare.*

PIGER. v. *Ignauus.*

PIUS. *Noua nunc religio in te istaec incessit. Ter. Qui sacra, qui ceremonias, qui auspicia & ipsi sanctissime coluerant*, & nobis suis posteris prouiderunt. *Cic. in Orat.* v. *Probus.*

PLACARE RI. Cum feruit maxime, *tam placidum quam ouem reddo. Ter. Missam iram faciet. id.* Id leue est, *cito ab eo haec ira abscedet. id.* Te vt *plane* Dejotore *reconciliet* oratio mea. *Cic. in Or.* Eam, quo tutior esset vita vestra, se feciisse commemorat

morat, vt non modo *virtute flecteret*, sed etiam suis patrimoniis *deliniret*. *Ibid.* Posteaquam *ira mente decesserat*. *Curt. Cum feris bestiis res est, quas captas & inclusas*, quia ipsarum natura non potest, *longior dies mitigat*. *Id.* Breuis deinde *oratio mitigauit dolorem*. *Id.* Preces justam Regis *iram morabantur*. *Id.* Tu *mitiges* per matrem, qui *irae ejus nos obtulisti*. *Id.* v. *Conciliare*, *Reconciliare*.

PLACERE, NON PLACERE. Cognoui *quid maxime spectares*, cum pro alicujus salute multi laborarent, causas apud te rogantium *gratiores esse*, quam preces. *Cic. in Or.* Si ille dies *tibi glorioſissimus fuit* — *Nihil est* enim *tam populare*, quam bonitas: *nulla de virtutibus tuis* plurimis *nec gratior, nec admirabilior* misericordia est. *ib.* Quod quidem Diis *minime cordi esse* crediderim. *Curt.* v. *Gratus*.

PLANTARE. Arbores densae sunt *ex industria consitae*, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rursus *inserunt terrae*. *Inde* velut ex alia *laetiores virent trunci*. *Curt.* v. *Sepes*.

PLEBEjus. *Ex vltima plebe*. *Curt.* Non modo ignobilem esse, sed etiam *vltimae sortis*. *id.* *Ex infima plebe erant*. *id.* v. *Ignobilis*.

PLENUS. v. *Abundare*.

PLORARE. *Lacrimisque obortis*, *quales* Darius *profuderat*. *Curt.* *Ad* hanc vocem *lacrymae obortae prodidere animum* aspernantis id munus. *id.* *Plures* igitur *lacrymas commouere, quam profuderant ipsi*. *id.* *Perfusus mutuis lacrymis*. *id.* Laceratisque vestibus, *lugubri & barbaro vlulatu* Regem *deplorare* coeperunt. *id.* Tam indignam illo fastigio sortem *lacrymis prosecutus est*. *id.* *Manantibus lacrymis*. *idem*.

Ira in misericordiam versa, *ne ipse quidem, quanquam cuperet, temperare oculis potuerit.* Tandem vniuersa concione *effusius flente. id. Plenus lacrymarum. Id.* v. *Lacrymare, Lugere.*

PLUERE. *Largum* quoque *imbrem excusserunt procellae. Curt. Imber violentius, quam alias fusus, campos lubricos & inequitabiles fecerat. Idem.* Tam *repente imber* grandinem incutiens *torrentis modo effunditur. Idem. Cum procella imbrem, vix sub tectis tolerabilem effudit, obrutique* milites *nimbo. Idem.* v. *Tempestas mala.*

POENAM CONSTITUERE. Capitis *sanxerat poenam. Curt.* v. *Leges facere.*

POENITET. *Haud muto factum. Ter.* Sera deinde *poenitentia subit* Regem. *Curt.* Ac ne tum quidem cogitati sceleris *poenituit. idem. Magnitudinem facinoris sera aestimatione perspexit. id. Liberiorem poenitentiam egerat. id.* Crudelitatem *sera poenitentia consecuta. id.* v. *Taedet.*

POETAM ESSE. Poëtam natura ipsa valere, & *mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari. Cic. in Or. Carminum* post Chaerilum *conditor. Curt.* v. *Eloquens.*

POLLICERI. *Firmauit fidem. Ter.* Non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium, nisi *me lactasses* amantem *& falsa spe produceres. id.* POLLICENDI F. Hoc si effeceris *quoduis donum & praemium à me optato, id optatum feres. idem.* Non esse talibus *promissis imbuendas aures* militum. *Curt. Promissis, quanta* praesens necessitas exigebat, & *ipsius fortuna capiebat, illum onerauit. id.* v. *Promittere.*

PONTEM FACERE. Ad Euphratem contendit, *junctoque eo pontibus. Curt. Super eos pontibus stratis, qui* militem *sustinerent. Id. Amnem ponte junxit. Id. Pontem* ex materia eorum subditis saxis *strenue induxit. Id.* v. *Destruere.*

PORTARE. *Lectica* militari *ferebatur, quam* pro se quisque eques pedesque *subire certabant. Curt.* v. *Tolerare.*

POSCERE. Literarum memoriam *flagitare. Cic. in Orat.* Tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, *desiderare. ibid.* v. *Cupere.*

POSSIDERE. Quod cuique obtigit, *id quisque teneat. Cic. in Off.* v. *Adimere.*

POSTPONERE. *Omnes posthabui mihi res,* ita vt par fuit. *Ter.* v. *Praeponere.*

POTARE. v. *Bibere.* it. *Ebrius.*

POTENS, IMPOTENS, POTENTIAM IMMINUERE, IN POTESTATE HABERE, ESSE. Si *in te solo* sit *situm. Ter. Tibi id in manu est, ne* fiat. *Id.* Vxor quid faciat, *in manu non est mea. id. Perfecit, sibi vt* inspiciendi *esset copia. id. Solus regnas, & soli licet* hic de eadem causa bis judicium adipiscier. *id.* Antea quidem *majores copias alere poterat,* nunc exiguas *vix tueri potest. Cic. in Orat.* Quod si aliquando alicujus furore & scelere concitata manus ista *plus valuerit, quam* vestra ac Reip. dignitas. *ibid. Quae* (pars) *multo plus firmamenti ac roboris habebat. ibid.* Quanto illę plura miscebat, *tanto hic magis in dies convalescebat. id.* Quae *satis late quondam mare tenuisse* dicitur: non Carthaginensium, qui *permultum classe maritimisque rebus valuerunt*: non Rhodiorum,

rum, *quorum vsque ad nostram memoriam disciplina naualis & gloria remansit. Ibid. Cujus vsque ad nostram memoriam nomen inuictum in naualibus pugnis permanserat. Ib. Omnibusque naualibus pugnis* Carthaginenses, *homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque*, vicerunt: ii nullo in loco jam praedonibus *pares esse* poteramus. *Ib.* Cum *plurimum in* ciuitate *posset. Nep. Perculsa est* Lacedaemoniorum *potentia. id. Quorum imperiosa majestas* neque ab hoc initio *perculsa cecidit. id.* Corcyreos *fregit. id.* Athenienſium *impotentem dominationem refringerent. id. Hi vim hostium non sustinuerunt. id.* Dolo erat pugnandum, cum *par non esset armis. id. Et numero* barbari *praestabant & robore. Curt.* Meis *praepotens viribus. idem.* Meorum operum fundamenta; *quibus (absit inuidia) imperium maximae terrarum parti imposui. id.* Primum *collegere vires. id.* Non Perſis modo, ſed etiam *omnibus gentibus impositurus jugum. idem.* Omniaque, quae poſt tergum erant, *strata & pedibus ipsorum subjecta. id.* Mare non vicinum modo, ſed quodcunque claſſes ejus adierunt, *ditionis suae fecit. id. Plures provincias complexus sum, quam alii vrbes ceperunt*, neſcio an enumeranti mihi quaedam ipſarum rerum multitudo ſubduxerit. *id. Multas nobiles gentes, magnam vim hominum imperio meo me additurum* eſſe ſperabam. *id.* v. *Vincere.*

PRÆCEDERE. Cum *antegressa est* honeſtas. *Cic. in Off.* v. *Praeferre.*

PRÆCEPTOR. *Illum duxerunt dignum, suos cui liberos committerent. Ter.* Senes *me filiis relinquunt quasi magistrum. idem. Praefectus morum. Nep.* v. *Instituere.*

PRÆ-

PRÆCIPITARE. Vtinam mihi esse aliquid hic, *quo* nunc *me praecipitem darem. Ter.* Vt Tyrius gubernator *in* mare *excuteretur è* puppi. *Curt.* Saxa & *quicquid manibus fors dederat, ingerentes subeuntibus. id.* E muris semetipsos cum conjugibus ac liberis *in praeceps jactantes. id.* v. *Dejicere, Desilire.*

PRÆCIPUUS. Si hic mali est quidquam, hem illic est *huic rei caput. Terent.* Sine illum *priores partes* hosce aliquot dies *apud me habere. id. Id vero est, quod mihi puto palmarium. id. Quod ego vel primum puto. idem.* In tempore ad eum veni, *quod rerum omnium est primum. id. Primas partes qui aget,* is erit Phormio parasitus, *per quem res agetur maxime. id. Florem* Italiae, *robur* Reip. *Cic. in Orat. Ornamenta dignitatis & praesidia stabilitatis.* Contra has *tam praeclaras* Catilinae copias vestra praesidia, vestrosque exercitus, & primum gladiatori illi confecto & saucio consules imperatoresque vestros *opponite,* deinde *contra illam* naufragorum *ejectam ac debilitatam manum florem totius* Italiae & *robur educite. ib. Clarissimis viris* interfectis, *lumina civitatis* extincta sunt. *ib.* Non illi nullam esse Remp. sed in ea, quae esset, *se esse principes:* neque hanc vrbem conflagrare, sed *se in hac vrbe florere voluerunt. ibid.* Delegit à *florentissimis* ordinibus *ipsa lumina. ibid. Quod caput* audaciae *est. ibid.* Discès tu quidem à *principe hujus aetatis Philosophorum Id. in Off.* Illa sapientia, *quam principem dixi. ibid. Caput est in* omni procuratione negotii & muneris publici. *ibid. Haec una* virtus *omnium est domina & regina* virtutum. *ib.* Cratippo nostro, *principe hujus memoriae Philosophorum. ib. Caput* Graeciae. *Nep. Ex quo caetera pendebant. Curt.* v. *Excellere.*

PRÆ-

PRÆDARI. *Crebrisque excursionibus* multitudinem *locupletauit. Nep. Praedas agit. Idem. Rapto viuere assueti sunt. Curt. Ingens auri argentique pondus*, non belli, sed luxuriae apparatum *diripuerant* milites. *Cumque plus raperent, passim strata erant itinera vilioribus sarcinis, quas in comparatione meliorum auaritia contempserat.* Jamque ad faeminas peruentum erat, quibus *quo cariora ornamenta sunt, violentius detrahebantur. id. Non sufficiebant praedantium manus praedae. id.* Inopia debellari posse nihil habentem, nisi *quod rapiendo occupasset. idem. Diripere* velle *thesauros. id.* Pro hoste erant, qui *pretiosiorem occupauerant praedam, & cum omnia, quae reperiebantur, capere non possent --- lacerabant regias vestes, ad se quisque partem trahentes; dolabris pretiosae artis vasa caedebant, nihil neq; intactum erat neq; integrum ferebatur. Abrupta simulacrorum membra, vt quisque auellerat*, neque *auaritia* solum, sed etiam crudelitas *in capta vrbe versata est. id.* Reliqui *in praedam cessere* victoris. *id.* Jam etiam *ad* pecora nostra *auaras & insatiabiles manus porrigis. id. Opimam praedam fore, celebratasq; opes in ea regione eminere, quam peterent.* Proinde jam *vilia & obsoleta esse spolia de* Persis, *gemmis margaritisq; & auro* atq; ebore Macedoniam Graeciamque, non suas tantum *domos, repleturum. id.* Nolite, quod pigri agricolae faciunt, *maturos fructus per inertiam amittere è manibus, majora sunt periculis praemia*, diues eadem & imbellis est regio. Itaque non tam ad gloriam *vos duco*, quam *ad praedam. Digni estis, qui opes*, quas illud mare littoribus inuehit, *referatis in patriam. id. Magnae inde praedae actae sunt* pecorum armentorum-

torumque, *magna vis reperta* frumenti. *Idem.* v. *Adimere.*

PRÆDICERE. v. *Vaticinari.*

PRÆDITUM ESSE. Nihil istac opus est arte ad hanc rem, quam paro, sed his, *quas semper in te intellexi sitas*, fide & taciturnitate. *Ter. In quem cum Dii atque homines omnia ornamenta congessissent*, tum ipse *plurima & maxima. Cic. in Orat. Summis ornamentis* honoris, fortunae, virtutis, ingenii *praeditus. Ibid.* Alios enim videmus velocitate ad cursum, alios *viribus* ad luctandum *valere*, itemque in formis aliis *dignitatem inesse*, aliis *venustatem. id. in Off. Excellente ingenii magnitudine*, aut *praeclara eruditione atque doctrina*, aut vtraque re *ornati. ib. Naturam fautricem habuit in tribuendis animi virtutibus. Nep. Fulgebat jam in adolescentulo indoles* virtutis. *idem.* Quoad vixit, *virtutum laude creuit. id.* v. *Inesse.*

PRÆFERRE. Vt nunc se res habet, non dubito, quin hanc salutem *anteponas* illi victoriae. *Cic. in Or.* v. *Praeponere.*

PRÆFICERE. Tot ciuium sociorumque millia *imperio ejus ditionique subjecit. Curt.* v. *Magistratum &c.*

PRÆLIARI. An obuiam irent hostibus *acie*que *contenderent. Nep. Acie* è regione *instructa*, noua arte, *vi summa praelium commiserunt. id. Manum conserere. id. Arma conferre. id. Decernere. id.* v. *Bellare.* it. *Pugnare.*

PRÆPONERE. Huic equidem consilio *palmam do. Ter.* Suauia in praesentia quae essent, *prima habere, neque consulere in longitudinem. id. Omnia*

sibi

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862862442/phys_0265
DFG

sibi qui postputauit esse prae meo commodo. *Idem.* Cum te *postputasse omnes res prae* parente intelligo. *Idem.* Hunc tu igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus *jure antepones. Cic. in Or.* Ego me honore praeditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites, vestram voluntatem & Reip. dignitatem, & salutem prouinciarum atque sociorum *meis omnibus commodis & rationibus praeferre* oportere. *Ib.* Reperias multos, quibus periculosa & callida consilia quietis cogitationibus *splendidiora & majora videntur. Id. in Off.* Pertinet ad omnes officii quaestiones, semper in promptu habere, *quantum* natura hominis pecudibus reliquisque bestiis *antecedat. Ib.* Qua *nihil* homini debet *esse antiquius. ib. Huic* ergo à majoribus nostris est in tota dignitate *principatus datus. ibid.* Si ad honestatem nati sumus, eaque aut sola expetenda est, vt Zenoni est visum, aut *certe omni pondere grauior est habenda, quam reliqua omnia. ib. Illa prima & summa habemus. ib.* Apud superiores vtilitatis species falsa ab honestatis *auctoritate superata est. ib. Vicit* igitur vtilitas honestatem. *ib.* v. *Excellere.*

PRÆSCRIBERE. Tute ipse his rebus *finem praescripsisti* pater. *Ter.* Illi haud licebat nisi *praefinito loqui* -- Haud opinor commode *finem statuisse* orationi militem. *id.* Imperii diuturnitati *modum statuendum* veteri exemplo putauistis. *Cic. in Orat.* Hoc si vos temere feciſtis & Reip. parum consuluistis, recte isti studia vestra *suis consiliis regere* conantur. *ib.* Incitati sunt, vt *vobis voce praeirent. ibid.* v. *Leges facere.*

PRÆTERFLUERE. Magnorum montium juga *recto*

alueo

alueo stringit. Curt. Tria flumina tota India, praeter Gangem, maxima munimento arcis *applicant undas. Idem.* v. *Fluere.*

PRÆTERITIONIS FORM. *Quod ego praetermitto, & facile patior sileri,* ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut extitisse, aut non vindicata esse videatur. *Praetermitto* ruinas fortunarum tuarum. *Cic. in Or.* v. *Tacere.*

PRÆTEXERE, PRÆTEXTUS. *Causam interserens. Nep. Causam interponens. Id. Titulum* solennis officii occulto sceleri *praeferens. Curt.* Officii *specie. Id. Titulus* facinoris *speciosus praeferebatur* vindicta Darii. *Id. Sub* tutelae *specie. Id.* v. *Simulare.*

PRÆVENIRE. Miror vbi ego *huic anteuerterim. Ter. Praeripere* hostium consilia. *Cic. in Off.* Veritus, ne *celeritate* Alexandri *occuparetur,* consilium vterque mutauit. *Curt.* Sed nisi solis ortum incolae *occupauerint. id.* Darium, vbicunque esset, *occupare* statuisset. *Curt.* v. *Occupare.*

PRÆVIDERE. *Videre videor jam diem illum,* cum &c. *Ter.* Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est videre, sed etiam *illa, quae futura sunt, prospicere. idem.* Annon sex totis mensibus *prius olfeciſſem, quam ille quidquam cœperit. id. Videor mihi videre. Cic. in Orat. Cerno animo* sepultam patriam. *ibid. Versatur mihi ante oculos. ibid.* Neque enim *hoc diuinatur. ib.* v. *Prudens.* it. *Vaticinari.*

bene PRECANDI F. *Diuortant bene. Ter.* Numquid vis? De: *Mentem* vobis *meliorem dari. idem. Quod tum salute ejus fiat. idem. Dii tibi,* Demea, omnes *semper omnia optata adferant. id. Deos quaeso, vt isthaec prohibeant. idem. Quod vt illi proprium*

ac perpetuum sit, Quirites, cum communis salutis atque imperii, tum ipsius hominis causa, sicut facitis, *velle & optare debetis*. *Cic. in Or. Valeant*, inquit, *valeant* ciues mei, *sint incolumes*, *sint florentes*, *sint beati*, *stet haec vrbs praeclara*, mihique patria carissima, quoquo modo merita de me erit: *tranquilla Rep.* ciues mei, quoniam mihi cum illis non licet, sine me ipsi, sed per me tamen, *perfruantur*. *Id.* Tu quidem, Rex, *perpetua felicitate floreas*, ego caeteris laetus hoc vno torqueor, quod praecipiti senectute *diu frui tua bonitate non possum*. *Curt.* v. *Optandi form.*

PRIVARE. *Spoliatus* illius supremae diei celebritate, quam concedere etiam inimici mei solent. *Cic. in Orat.* v. *Adimere.*

PRIVATUS, v. *Solitarius.*

PROBARE. *Partim sum earum exactus, partim vix steti. Ter. Non signi hoc sat est. Id.* Quod si *auctoritatibus* hanc causam, Quirites, *confirmandam* putatis. *Cic. in Orat.* Jus crassus *vrgebat*. *Id. in Off.* v. *Asseuerare.*

PROBUS. Laudo & fortunatam judico, id cum studuisti, *formae mores* vt *consimiles* forent. *Ter.* Hominem *naturae obedientem*. *Cic. in Off.* Omnibus est faciendum, qui *vitam honestam ingredi* cogitant. *id.* Summum bonum à Stoicis dicitur, *conuenienter naturae viuere*. *ib. Sapientia excellit, bonisque moribus regitur*. *Curt.* v. *Pius.*

PROCEDERE. Neque *mihi in conspectum prodit*. *Ter.* Vt se non Ponto neque Cappadociae *latebris occultare* velit, sed *emergere* è patrio regno atque in vestris vestigalibus, hoc est, *in* Asiae *luce versari*. *Cic. in Or. Per medios* armatos *erupit*. *Curt. Irrupit in* regiam. *id.* v. *Apparere.*

PRO-

PROCERUS. *Quorum neminem adeo humilem esse, vt humeri ejus non possent* Macedonis militis *verticem aequare. Curt.* v. *Magnum esse.*

PROCESSUS INSTITUERE. Nunc me hospitem *lites sequi*, quam hic mihi sit facile atque vtile, aliorum exempla commonent. *Ter.* v. *Accusare.*

PROCRASTINARE. *In posterum*, inquit, *diem distulit. Cic. in Or.* Vt *quam longissime tempus duceretur. Nep. Prolatando aliquantum extraxerant temporis. Curt.* v. *Differre.*

PROCUL. Pleraque *longius* etiam *à* mari *recedentia. Curt.* Etiam *quae procul recessere. id.* Tertae *ingenti spatio interualloque discretae. id.* Cum ala, quam Agema appellant, ardua semita, sed *longius à* stationibus hostium *remota. Id. Procul* Europa *in vltima* orientis. *idem. Trahi extra sidera, & adire, quae mortalium oculis natura subduxerit. idem.* v. *Dissitus.*

PROCURARE. *Quicquid ego hujus feci, tibi prospexi* & stultitiae tuae. *Ter.* Reperti sunt dico equites Romani, qui *te ista cura liberarent. Cic. in Orat.* v. *Curare.*

PRODERE. Ni miserum insuper etiam patri *indicares? Ter. Egomet meo indicio miser, quasi sorex*, hodie *perii. idem.* Quos ferro trucidari oportebat, eos nondum *voce vulnero. Cic. in Orat. Sustinuisset hoc crimen* primum ipse ille latronum & *occultator & receptator* locus, dum *neque muta solitudo indicasset, neque caeca nox ostendisset* Milonem. *ibid.* Ancipitem fidem, & mercede venalem *proditionem imminere. Curt.* Re vera vt praedam hosti *offerret. Id.* Hominem mercede conductum *omnia habere venalia.*

lia. Id. Ancipitem hostem *ad nutum licentium circumferri. Id.* v. *Detegere.*

PRODESSE. *Is quaestus nunc est multo vberrimus. Ter. In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoscas meam. Id.* Nosse omnia haec, *salus est* adolescentulis. *Id. Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex vsu tuo nemo est. Id. Magis in rem &* nostram & vestram *id esset. Id.* Id facias, quod *in rem sit tuam. Id.* Nunc me pietas matris potius *commodum* suadet *sequi. Quod erit mihi bonum atque commodum. Id. Quae in rem tuam sint*, ea velim facias. *id.* Quae (facultas) quantacunque in me est, *nunquam* amicorum *periculis defuit. Cic. in Orat.* Saepius *ad* laudem atque virtutem naturam sine doctrina -- *valuisse. ib.* Quod si *non hic tantus fructus ostenderetur*, & si ex his studiis delectatio sola peteretur. *ib.* Haec studia adolescentiam *alunt*, senectutem *oblectant*, secundas res *ornant*, aduersis *perfugium ac solatium praebent*, delectant domi, non impediunt foris, *pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. ib.* Si quis *minorem* gloriae *fructum* putat *ex* Graecis versibus *percipi. ibid. Ex quo* quidem *maximus est fructus. ibid. Si tibi soli viueres, aut si etiam soli natus esses*: nunc cum *omnium salutem* ciuium cunctamque rempubl *res tuae gestae complexae sint. ib.* Cum & patriae, *quod decet, solueris. ib. Quod sibi expediret. ib.* Si vectigalia *nervos esse* Resp. semper duximus, eum certe ordinem, qui exercet illa, *firmamentum* caeterorum ordinum recte esse dicemus. *ib.* In hoc naturam debemus ducem sequi, & *communes vtilitates in medium afferre*, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire homi-

hominum inter homines societatem. *Idem. in Off.* *Semper aliquid ad communem vtilitatem afferendum.* *Ibid. Parua* enim *sunt* formis arma, nisi est consilium domi. *Ib.* *In quo non minorem vtilitatem afferunt.* *Ib. Delectarentur re sua familiari,* non eam quidem *omni ratione exaggerantes, neque excludentes ab ejus vsu suos*; potiusque & *amicis impertientes*, & Reip. *si quando vsus esset. ib.* Dignis *se vtilem praebeat. ib.* Remp. consilio, & prudentia *quam plurimum iuuent. ibid. Expedire. Nep.* v. *Frui* & *Vtilis.*

PRODIGUS. *Prodigi, qui* epulis & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum venationumq; apparatu, *pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam sint laturi omnino. Cic. in Off.* v. *Luxuriosus.* it. *Perdere.*

PROFICERE. Quanti est sapere: *nunquam accedo, quin abs te abeam doctior. Ter.* Aliter enim teneri non potest, si quae *ad* virtutem *est facta progressio Cic. in Off. Tantum in literis progressum fecit. Nep.* v. *Discere.*

PROFICISCI. Tardius *iter fecit. Cic. in Or.* Nec vero *disjunctissimas terras* citius cujusquam passibus potuisse *peragrari*, quam &c. *Ib.* Quis enim vnquam aut obeundi negotii, aut consequendi quaestus studio, tam breui tempore, *tot loca adire, tantos cursus conficere* potuit, quam celeriter Cn. Pompejo duce *belli impetus nauigauit?* qui Siciliam *adiit*, Africam *explorauit*, inde Sardiniam *cum classe venit*, nondum tempestiuo ad nauigandum mari: atque haec tria frumentaria subsidia reip. firmissimis praesidiis, classibusque muniuit, *inde se* cum *in* Italiam *recepisset. ib.* *Itinera, quae* per hosce annos *in* Italia *per agros atque*

oppida ciuium Rom. noſtri Imperatores *fecerunt*. *Ib.* Niſi ipſum id temporis diuinitus Cn. Pompejum *ad eas regiones fortuna* populi Rom. *attuliſſet*. *Ib.* *Obire* facinoris *locum* tempusque voluiſſent. *Ib.* Qui *iter illud ad* caedem *faciendam apparaſſet*. *ib.* Multi ejus *demigrationis peterent ſocietatem*. *Nep.* *Iter ad* Regem *comparare*. *id.* *In* Phrygiam *ſe recepit*. *idem.* Tertiam *partem itineris confeciſſet*. Sin *per loca* ſola *contenderet*. *id.* *Flectit iter ſuum & illum anfractum longiorem viae* copioſae *cepit*. *id.* *Celeritate, quanta poterat* tam graue agmen, *ad* Euphratem *contendit*. *Curt.* Per quem *ad* vrbem Iſſon nomine *penetrandum erat*. *ibid.* *Iter* ſine duce non audebat *ingredi*. *id.* Cum quibus *ad* Euphratem *contendit*. *id.* Ipſe *in* Phœnicen deinde *deſcendit*. *ib.* Cum Aſiam *ingenti celeritate percurriſſet*. *ibid.* *Tantum terrarum* vel ſine praelio *obeunt*. *id.* Quam maximo poſſet exercito coacto, *deſcendere ad ſe* jubet. *id.* *Quanta maxime celeritate potuit, contendit*. *id.* *Emenſis tot terras* in ſpem victoriae. *id.* Diuerſum *iter ingreſſi ſunt*. *id.* Ego vero, milites, ad penates meos, ad parentem ſororesque, & caeteros ciues, vel renitentibus vobis *erumperem*. *id.* *Strenue iter facere*. *id.* Breuiora *itinera equo conficit*. *idem.* *Nauigia, quae* lixas mercatoresque *vexiſſent*, famam auri ſecutis gubernatoribus, *in* Inſulam *eſſe transmiſſa*. *id.* *Trahi extra* ſidera & ſolem, cogique *adire, quae mortalium oculis natura ſubduxit*. *id.* v. *Redire*.

PROFUNDUS. Indus amnis ſubit *praealtus* vtrinque aſperis ripis. *Curt.* Quatuor in latitudinem ſtadia diffuſa *profundo alueo & nusquam vada aperiente, ſpeciem vaſti maris fecerat*. *ib.* v. *Fluere*.

PRO-

PROHIBERE. Neque potuisse eum vnquam *ab hac me expedire. Ter. Comprimendae* libidines — omnia *quae dilapsa jam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. Cic. in Orat.* Maxime autem haec aetas *à* libidinibus *arcenda est. Id. in Off.* Venditorum fraus omnis *excluditur. Ibid. Procul* amne *submouendas* Macedonum copias. *Curt.* v. *Coercere.* it. *Vitare.*

PROLIXUS. Quae naturae principia sint communitatis & societatis humanae, *repetendum altius* videtur. *Cic. in Off.* v. *Materiam dicendi &c.*

PROMISSA SERVARE, NON SERVARE. Id genus est hominum pessimum, in denegando modo quibus pudor est paululum, post, vbi jam tempus est *promissa perfici*, tum coacti *necessario se aperiunt & timent, & tamen res cogit eos denegare. Ter. Soluisti fidem. id. Beneficium verbis initum* dudum, *re comprobes. id. Fac sis nunc vt promissa appareant. id.* Sollicitus sum, & *seruare in eo certum est, quod dixi, fidem. id. Promissis standum* non esse. *Cic. in Off. Est in eo ipso fides seruanda. ibid.* Nec *id exsoluit, quod promiserat. ib. Fidem* hosti *datam fallere. ib. Nec promissum fefellerunt. Curt. Promisso fides exstitit. id.* Etsi *promissis minora praestiterant. id.* v. *Fidelis.*

PROMITTERE. Lege hac *tibi meam adstringo fidem. Ter. Ad me recipio*, faciet. *id. Fidem dans. id. Ei rei firmasti fidem. idem.* An verebamini ne non id facerem, quod *recepissem* semel. *id.* Approbato consilio *in haec fides data est & accepta. Curt.* v. *Polliceri.*

PROMOVERE, RI. Matris *seruibo* commodis.

Ter. Ne illum ab studio deducerem, perfeci vt spectarentur. *Idem. Nolite sinere per vos artem* Musicam *recidere ad paucos: facite, vt vestra auctoritas meae auctoritati fautrix adjutrixque sit. Id.* Eum esse quaestum in animum induxi maximum, *quam maxime seruire vestris commodis. Ib. Multis ille quidem gradibus officiorum erga* Remp. nostram, *ad hoc* regium *nomen ascendit. Cic. in Orat.* Non est credibilis tantus in vllo furor, vt, *quo Duce omnia summa sit adeptus*, hujus vitam non anteponat suae. *ib.* Praeclaram vero pop. Rom. refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, *nulla commendatione* majorum, tam mature *ad* summum imperium *per omnes honorum gradus extulit. ib. Qui nunquam emergent. ibid.* Caeteri vero, Dii immortales! *qua frequentia, quo studio, qua virtute ad communem dignitatem salutemque consentiunt.* Quid ego hic Equites Rom. commemorem, *qui vobis ita summa ordinis consiliique concedunt, vt vobiscum de amore* Reip. *certent. ib.* Seruus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit, qui non audaciam ciuium perditorum perhorrescat, *qui non obstare cupiat, qui non tantum, quantum audet & quantum potest, conferat ad communem salutis voluntatem. ibid. Cui* profecto *satis erit praesidii, non solum ad salutem, sed etiam ad dignitatem. ib. Seruire* meae *laudi & gloriae* mauis. *ibid. Honores* autem neque ab vno, neque ex hoc loco, sed eadem *nostra illa laboriosissima ratione vitae, si vestra voluntas feret, consequemur. ibid. Vt altiorem gradum ascendant. Id. in Off.* Nec tamen *nostrae* nobis *vtilitates* omittendae sunt *aliisque tradendae*, cum his ipsi egeamus; sed *suae cuique vtilitati*, quod sine alterius

inju-

injuria fiat, *seruiendum. Ibid.* Tu cum hominibus *consulere* debeas & *seruire* humanae societati, eaque lege natus sis, vt ea habeas principia naturae, quibus parere, & quae semper sequi debeas, *vt vtilitas tua communis vtilitas sit. Ibid.* Vt Miltiadem *sibi* Imperatorem *sumerent. Nep.* Cum *amicior omnium libertati*, quam suae fuerit dominationi. *Id.* v. *Restituere in integrum. Honorare. Patronus.*

PRONUNCIARE. Cum orationis indicem vocem habeamus, *in voce* autem *duo sequamur, vt clara sit, vt suauis. Cic. in Off. Sonus erat dulcis, literae neque expressae, neque oppressae; ne aut obscurum esset, aut putidum. Sine contentione vox nec languens, nec canora. Ibid.* v. *Loqui.*

PROPE ESSE. *In* vestibulo regiae tuae *velocissimus consistit. Curt.* v. *Procul.*

PROPERARE. Is mihi suadet nuptias, *quantum queam vt maturem. Ter. Citatis equis aduolant. Curt. Raptim* agmen *cursus magis, quam itineris modo ducit. idem.* Calcaribus subditis *effuso cursu eunt. id. Nec* Rex *moratus impetum* militum. *id. Velocitate opus est, qua celeritatem* famae *antecedas. id.* Naturalem *celeritatem* ira *concitante. idem.* Vigiles *aduolarunt. id. Ingenti cursu refugere. ib.* v. *Currere. Festinare.*

PROPHETA. v. *Vaticinari.*

PROPINARE. Bessus *circumferri merum largius* jubet, *debellaturus super mensa* Alexandrum. *Curt.* v. *Bibere.*

PROPRIUS. *Vnam hanc rem me habere praeter alios praecipuam* arbitror. *Ter.* v. *Praecipuus.*

PROPUGNACULUM ESSE. Ratus *eam vrbem,*

quam in ripa amnis Macedones condiderant, *suis impositam esse ceruicibus. Curt.* Haec omnia sita sunt in editis collibus *velut fraeni domitarum gentium. Id.* v. *Munire, Munitus.*

PROVERBIUM ESSE. Summum jus summa injuria. *factum est jam tritum sermone prouerbium. Cic. in Off. Vt in* Graecorum *prouerbio est. Ib. In prouerbii consuetudinem venit. Ib. A quibus natum est id, quod jam tritum est vetustate prouerbium. Ibid.* v. *Communis.*

PROVOCARE. *Vi irritare ferroque lacessere* fortissimum virum auderet. *Cic. in Or.* Hoc denique ipso die, *si qua vis est parata, si qua dimicatio capitis futura, deposco. ibid.* v. *Irritare.*

PRUDENS. *Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es, ille somnium. Ter. Qui habet salem. id.* At, credo, haec *homo inconsultus & temerarius* non videbat, *quis consideratior illo? quis tectior? quis prudentior? Cic. in Orat. Ad* suspicandum *sagacissimus. ibid. Erat ei consilium ad* facinus *aptum*: consilio autem neque lingua, neque manus deerat. *ib. Talis est vir, vt nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille non & consilio regere,* & integritate tueri, & virtute conficere *possit. ib.* Sin autem *vos plus tum in* rep. *vidistis. ib. Homo sapiens & alta quadam mente praeditus, multa vidit. ibid.* Vt enim quisque *maxime perspicit, quid in re quaque verissimum sit,* quique *& acutissime & celerrime potest & videre & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet. Id. in Off. Ratione vti atque oratione prudenter, & agere, quod agas, considerate. ib. Omnis* autem *actio vacare debet temeritate, & negligentia: nec vero agere quidquam,*

cujus

cujus non possit causam probabilem reddere. Ib. Excitandamq; esse animaduersionem & diligentiam, *vt ne quid temere ac fortuito, inconsiderate, negligenterque agamus. Ib.* Iis fidem habemus, quos *plus intelligere, quam nos* arbitramur, quosque & *futura prospicere* credimus, & cum res agatur in discrimenque ventum sit, *expedire rem & consilium ex tempore capere* posse. *Ib. Homini acutissimo. ib. Neque minus in ea re prudentia, quam* felicitate *adjutus. Nep.* Neque minus *in rebus* gerendis *promptus*, quam *excogitandis* erat, quod & *de instantibus verissime judicabat, & de futuris callidissime conjiciebat. id. Consilii plenus. id. Erat ea sagacitate, vt decipi non posset*, praesertim *cum animum attendisset ad cauendum. id.* v. *Callidus.*

PUDET, NON PUDET. Num *facti piget?* num *ejus color pudoris signum indicat? Terent. Erubuit*, salua res est. *Id. Quo redibo ore ad* eam, quam contempserim. *idem.* Ætate porro minus peccaturum putem? jam tum erat senex, senectus si *verecundos facit. id. Retinenda est* igitur *hujus generis verecundia*, praesertim natura ipsa magistra ac duce. *Cic. in Off. Subiit* ergo Regem *verecundia* violandi hospitales Deos. *Curt.* Regem non dolor modo, sed etiam *pudor* temere in illas anjustias conjecti exercitus *angebat. id.* Nos qui ad opem petendam modo ex tenebris & carcere procedere *erubuimus*, vt nunc est, supplicia nostra, *quorum nos pudeat magis, an pœniteat incertum est, ostentare* Graeciae *velut laetum spectaculum cupimus. id.* Non ira solum sed etiam *pudore confusus. Id. Pudorem* immodico labore *vincente. Id. Pudorem* victis, & superbiam victoribus *detrahi* posse. *id. Quibus* metu *potior fuerat pudor. idem.*

Magni-

Magnitudinem periculi *pudor vicit. Id.* Excellens erat forma, & formam *pudor honestabat, dejectis in terram oculis, & quantum licebat ore velato. Idem.* v. *Poenitet.* it. *Taedet.*

Pugnare. *Cum* ista ipsa peste saepissime pro tua gloria *contendisse. Cic. in Or.* Qui *multum pro* rep. *sanguinem effudistis. ib.* v. *Fortis.*

Pulcher. *Egregia forma* atque aetate integra. *Terent.* Forte vnam adspicio adolescentulam *forma.* So: *bona* fortasse. Si: *& vultu* Sosia, *adeo modesto, adeo venusto, vt nihil supra. Id.* Vbi hancce *forma* videt *honesta* virginem. *Idem. Haec superat ipsam Thaidem. id. Qui color, nitor, vestitus*, quae habitudo est corporis! *id. O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres; taedet harum quotidianarum formarum. id. Haud virgo est virginum nostrarum*, quas matres student *demissis humeris* esse, *vincto pectore*, vt *graciles* fient. *idem. Noua figura oris, color verus, corpus solidum & succi plenum. id. Summa forma* semper conseruam domi videbit. *id. Primam, scio, dices*, si videris. *id.* Illa erat *honesta facie & liberali. idem. Forma luculenta. id.* Virgo ipsa *facie egregia. id.* Virgo *pulchra*, & quo magis diceres, *nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem: capillus passus, nudus pes, ipsa horrida, lachrymae, vestitus turpis: vt, ni vis boni in ipsa inesset forma, haec formam exstinguerent. id. Pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos & delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiant. Cic. in Off. Habuit magnam corporis dignitatem, quae non minimum commendat. Nep.* Neque tam magno corpore, quam *figura venusta. id. Praecipuam*

cipuam habuit laudem ampliſſimae pulcherrimaeque corporis formae, quam incredibili ornauit virtute belli. *Id.* v. *Deformis.*

PUNIRE, RI. Hei mihi, cur non habeo ſpatium, vt *de te ſumam ſupplicium*, vti volo, namque hoc tempus, praecauere mihi me, haud *te vlciſci* ſinit. *Ter.* O facinus *animaduertendum*! *Id. Pro* peccato magno *paulum ſupplicii ſatis eſt* patri. *Id. Ei dabis* vltro *ſupplicium. Id.* Tu jam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis & eundem indicas; vterque *in te exempla edent. Id.* Illi *de me ſupplicium dabo. Id.* Syrus *mihi* tergo *pœnas pendet. Id.* Nae illud *haud inultum*, ſi viuo, *ferent. id.* Ego *plectar* pendens, niſi quid me fefellerit. *id.* Legibus *daturum pœnas* dices. *id.* Non ſolum *in eum* non *animaduertiſti*, ſed omni metu liberauiſti. *Cic. in Or. Quae crux* huic fugitiuo *poteſt ſatis ſupplicii afferre. ibid.* Dii immortales etiamſi *pœnas à* populo Rom. *ob* aliquod delictum *expetiuerunt. ib.* Fuit, fuit iſta quondam in hac rep. virtus, vt viri fortes *acrioribus ſupplicis* ciuem pernicioſum, *quam acerbiſſimum hoſtem coërcerent. ib.* Non vnum diem poſtea L. Saturrinum tribunum plebis, C. & Seruitium *mors à* reip. *pœna remorata eſt. ibid.* Habemus enim hujusmodi *Senatusconſultum*, veruntamen *incluſum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum. ibid. Ne* in hac ciuitate *tanti facinoris immanitas aut exſtitiſſe, aut non vindicata eſſe videatur. ib.* Nonne hunc *in vincula duci*, non *ad mortem rapi*, non *ſummo ſupplicio mactari* imperabis? *ib.* Omnia *patefacta, illuſtrata, oppreſſa, vindicata* eſſe videatis. *ib. Ad mortem te*, Catilina, *duci* juſſu Conſulis *jam pridem oportebat,*

tebat, in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes jam diu *machinaris. Ibid. Grauissimo supplicio affectum. Ibid.* Illum, *vt erat meritus, morte mulctassem. Ib.* Quae sanari poterunt, quacunque ratione sanabo: *quae resecanda erunt, non patiar ad perniciem* ciuitatis *manare. ib.* Carcerem, quem *vindicem nefariorum ac manifestorum scelerum* majores esse voluerunt. *Ib. Pœnam sui sceleris sufferat. Ib.* Censet eos, qui haec delere conati sunt, morte *esse mulctandos. ibid.* Mortis *pœnam remouet, caeterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. ib. Supplicium de* seruo *quam acerbissimum sumpserit. ibid. Pœnas* reip. *dependisse. ib.* Non modo adhuc *pœnam nullam suo dignam scelere suscepit. ib.* Perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia *legibus vindicentur. ib. In quem animaduertere* ipse & more majorum & suo jure posset. *ib. Cujus supplicio* Senatus solennes religiones *expiandas* saepe *censuit. ib. Sceleris vltorem* non modo honoribus nullis afficietis, sed *ad supplicium rapi* etiam patiemini? *ib. Ad eum puniendum oculos aperuisti, vobis illae*, vobis vestro in conspectu ferae, sed *justae* tamen *& debitae pœnae solutae sunt. ib.* Cur non *id meo capite potius luitur. ib. Pœnas ille debitas luerit, nos subeamus*, si ita necesse est, non debitas. *ib.* Cauendum est, *ne major pœna, quam culpa sit*: & ne *iisdem de causis* alii *plectantur, alii ne appellentur quidem. Id. in Off.* Iratus qui *accedet ad pœnam. ib. Eos* morte, exilio, vinculis, *damno coërcent. ib.* Iste dolus malus etiam *legibus est vindicatus. ib.* Dupli *pœnam subierit. ib.* Jus ciuile ductum à natura malitiam fraudemque *vindicat, ib.* Qui non verbis sunt & disputatione Philo-

sopho-

sophorum, sed *vinculis* & carcere *castigandi*. *Ibid.* Ciuibus suis *pœnam daturos*. *Nep. In* complures nobiles *animaduertit*. *Id.* A Dario *capitali supplicio destinatus* cohibebatur in vinculis. *Curt.* Jussu Regis ipsos *ad supplicium trahi*. *Id.* Interfecto Dario *pœnas capite persoluant*. *Idem.* v. *Impunitum esse*. it. *Vlcisci*.

PUSILLANIMIS. Omnibus nobis vt res dant sese, ita *magni atque humiles sumus*. *Ter.* Quae *timido animo, humili, demisso fractoque* fiant. *Cic. in Off.* *Fractum animum* Annibalis, scribit idem, quod Senatus populusque Rom. *rebus afflictis tam excelso animo fuisset*. *ib.* v. *Magnanimus*.

PUTARE. Si istuc *animum induxisti* esse vtile. *Ter.* *Num ille somniat, ea quae vigilans voluit*. *id.* Mea causa causam hanc justam esse *animum inducite*. *id.* *Aliter* tuum amorem *atque est accipis*. *id.* *Sibi ipse opinionis errore finxerat* principatum. *Cic. in Off.* v. *Existimare*.

Q.

QVÆRERE. v. *Interrogare*, it. *Inquirere*.

R.

RABULA. His nunc praemium est, *qui recta parua faciunt*. *Ter.* v. *Callidus*.

RARUS, NON RARUS. *Est ita inusitatum* Regem capitis esse rerum, *vt ante hoc tempus non sit auditum*. *Cic. in Orat.* *Quid tam nouum? quid tam praeter consuetudinem? quid tam inauditum? quid tam inusitatum? quid tam singulare? quid tam incredibile?* *Ibid.* Cultu *haud sane à* vilioribus *vulgatisque vsu abhorrens*. *Curt.* Miserabile agmen, *inter pauca* fortunae *exempla memorandum*. *id.* v. *Communis*, it. *Consuetudo est*.

REBEL-

Rebellis. Regionem mihi attribuis *toties rebellem, & non modo indomitam, sed quae ne subigi quidem possit*, mittor ad *feras bestias, praecipitia ingenia sortitas. Curt.* v. *Seditionem mouere.*

Reconciliare. Jamdudum res *reduxit me* ipsa *in gratiam. Ter. Vt pacem conciliem. Id.* Bono animo es, *ego redigam vos in gratiam. Id. Iram expedies, rursum in gratiam restitues.* Leuia sunt, quae tu pergrauia esse in animum induxti tuum. *Idem.* Neque alio pacto *componi* potest *inter eas gratia. id. Cum quibus in gratiam reditum est. Nep.* Graeciam liberalitate donisque *recuperare* tentabat. *Curt.* v. *Placare.*

Recordari. Vt *aliud ex alio incidit. Terent. Redige in memoriam. id.* Si scias, *quam scite in mentem venerit. id.* Neque *meam mentem* non domum *saepe reuocat* exanimata vxor, abjecta metu filia. *Cic. in Orat. Memoriaque* tantorum periculorum, quae non modo in hoc populo, qui seruatus est, sed etiam *in omnium* gentium sermonibus ac *mentibus semper haerebit. ib.* Totius mei consulatus *memoriam postulo:* quae cum erit *vestris mentibus infixa*, firmissimo me muro septum esse arbitrabor. *ibid.* Miror, *quid in mentem venerit* Theophrasto. *Id. in Off.* Vt *insitum sit* militibus nostris, aut vincere aut mori. *ib.* Vetera quoque vt fit, solicitudo *reuocauerat. Curt. Quicquid in vtramque partem* aut metus, aut spes *subjecerat. id. Subit animum* Regis *memoria* oraculo editae sortis. *id.* Modo conjugum & liberorum patriaeque *memoria occurrit. id. Non succurrit tibi. id. Omnibus* Philotae supplicium *in oculis erat. id.* Recens dolor etiam praeterita *reuocarat. id. Subibat animum. id.* v. *Meminisse.* it. *Obliuisci.*

Re-

RECREARE. *Sicubi eum satietas* hominum, aut *negotii si quando odium ceperat, requiescere* vbi volebat. *Ter. Refectis cibo somnoque* militibus. *Curt.* Rore & frigore matutino *corpora leuabantur. Idem.* Mature cibo ac potione *firmatos. Idem.* Ipse tunc *maxime* admoto igne *refouebat artus. Id.* Vt vexatos milites *quiete firmaret. Id.* v. *Delectare.*

RECUSARE. Producentibus eam *verecunde reluctantem. Curt.* Diu Syfigambis supplicum precibus *repugnauit: abnuens* deprecationem pro illis *conuenire* fortunae, in qua esset. *idem. Clausae erant* obstrepente ira *aures. id.* v. *Denegare.* 82.

REDINTEGRARE. *Bellum renouare. Nep.* Darius desperata pace ad *reparandas* vires bellumque *impigre renouandum* intendit. *Curt.* v. *Incipere.*

REDIRE. *Jam huc recurret. Ter.* Expecto quam *mox recipiat huc sese. id. Bene factum te aduenisse,* Pamphile, *atque adeo, quod maximum est, saluum atque validum. id.* Cum *se in* regnum *recepisset suum. Cic. in Orat. Vt illam,* posteaquam pulsus erat, *terram attingeret. ibid.* Vt *retro abiret,* spatiosque Mesopotamiae campos *repeteret. Curt. Retro euadere* Rex ex angustiis jubet, triginta fuere stadia quae *remensi sunt. id. Repetens quae emensus erat. id.* v. *Proficisci.*

REFERRE. Vides tuum peccatum esse *elatum foras. Ter.* Sequitur vt *haec* officiorum genera *persequar. Cic. in Off. Memoriae prodidit. Nep.* In annali suo *scriptum reliquit. id.* Reliqua bella *pari modo persecutus est. id.* Equidem *plura transcribo,* quam credo. Nam nec *affirmare* sustineo, de quibus

dubito, *nec subducere, quae accepi. Curt.* v. *Narrare.* It. *Nunciare.*

REFUTARE. *Diluere crimen. Cic. in Orat.* vid. *Confutare.*

REGERE. Quae res in se neque consilium, neque modum habet vllum, eam *consilio regere* non potes. *Ter. Ex sua libidine moderantur* nunc quae est, non quae olim fuit. *Idem. Pudore & liberalitate* liberos *retinere. Id.* Errat longe, mea quidem sententia, qui *imperium* credit *grauius esse aut stabilius, vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur. idem.* Regna, imperia, nobilitates, honores, diuitiae, opes, eaque quae sunt his contraria, in casu sita, temporibus *gubernantur. Cic. in Off.* Ineuntis aetatis insciti a senum *constituenda & regenda* prudentia *est. ib.* Ego quamdiu *Resp. per eos gerebatur, quibus se ipsa commiserat*, omnes meas curas cogitationesque in eam conferebam. Cum autem *dominatu vnius omnia tenerentur. ibid.* Quamdiu *imperium* populi Rom. beneficiis *tenebatur. ibid.* Cum prohiberet injuria tenuiores, *aequitate constituenda summos cum infimis* pari jure *retinebat. ibid.* Omnes qui *Remp. gubernabunt. ib. Legibus* populorum, quibus in singulis ciuitatibus Reipublicae *continentur*, eodem modo constitutum est. *Id. in Or.* Orbis terrae *imperium teneremus. ib.* Eorum voluntate *perpetuo imperium obtineret. Nep. Qui summas imperii tenerent. idem. Multum in imperiis magistratibusque versatus. idem.* Qui *potestate sunt perpetua* in ea ciuitate. *id. Summa imperii* maritimi *à* Lacedaemoniis *ad* Athenienses *transfertur. idem.* Qui tum *summae imperii praeerat. id. Penes quos summum imperium erat. idem.*

Acces-

Acceſſit ad Remp. in eaque ejus opera magni fuit. Id. v. *Imperare*, it. *Magiſtratus &c.*

REGIONUM LIMITES DESIGNANDI FORM. *Accolae ſedis ſunt ab* oriente *proximi* Æthiopum: Meridiem *verſus* Arabes, Troglodytis cognomen eſt. *Horum regio uſque ad* Rubrum mare *excurrit.* At *qua vergit ad* occidentem, alii Æthiopes *colunt*, quos Scenitas vocant, *à* Septentrione Naſamones *ſunt. Curt. Terrarum, quas* Oceanus hinc *alluit, illinc claudit* Helleſpontus paulo ante Domini. *Idem.* Perſis *ab altero latere* perpetuis montium jugis *clauditur*, quod *in longitudinem* M DC. ſtadia, *in latitudinem* CLXX. *procurrit.* Hoc dorſum *à* Caucaſo monte *ad* Rubrum *mare pertinet: quaque deficit mons, aliud* munimentum fretum *objectum eſt. idem. Qui ſuper* Boſphorum *colunt, adſcribuntur* Aſiae. At *qui in* Europa *ſunt laeuo* Thraciae *latere, ad* Boryſthenem *atque inde ad* Tanaim alium amnem *recta plaga pertinent. id.* Scytharum gens *haud procul* Thracia *ſita, ab* Oriente *ad* ſeptentrionem *ſe vertit — Recta deinde regionem aliam vltra* Iſtrum *jacentem colit. Vltima* Aſiae, quae Bactra ſunt, *ſtringit:* quae ſeptentrioni *proxima ſunt*, profundae *inde* ſyluae vaſtaeque ſolitudines *excipiunt. Rurſus quae ad* Tanaim & Bactra *ſpectant*, humano cultu haud diſparia ſunt. *id.* v. *Magnus.*

REJICERE. *Repudio* conſilium, *quod primum intenderam. Ter.* Herilli jam pridem *exploſa ſententia eſt. Cic. in Off.* v. *Contemnere.*

REJECTIONIS FORMULÆ. *Sed haec ſuo quaeq; tempori reſeruentur. Curt.* Multa & alia traduntur,

quibus morari ordinem rerum haud sane operae pretium videbatur. id. v. *Loqui.*

RELEGARE. v. *in Exilium pellere.*

RELINQVERE. v. *Deserere.*

RELIQUUS. *Tantundem* itineris *supererat. Curt. Adhuc* in animo Regis *tenues reliquiae* pristini amoris *haerebant. Id. Quem reliquum* calamitas *fecerat. Id.* v. *Abundare, Carere &c.* & *Superesse.*

REMIGARE. *Ingenti certamine concitans remos. Curt. Findi crederes undas & retro gurgites cedere. Id.* v. *Navigare.*

REPETERE. *Cantilenam eandem canis. Ter.* v. *Incipere.*

REPRÆSENTARE. Quorum alterum pacis, alterum belli *gerebat effigiem. Curt.* Vultus tuus nescio quod ingens malum *praefert. idem.* Nitidior lux, discussa caligine, aciem hostium *ostenderat. id.* Squamis *fulgorem* auri *reddentibus. id.* v. *Similis.*

REPREHENDERE. *Quam rem vitio dent*, quaeso animum aduertite. *Ter.* v. *Turpis.*

REPUDIARE. *Illis repudium renunciet. Ter.* Cum ego vestri honoris causa *repudium alteri remiserim. id.* Primi intellexistis, quanto majus esset *regnum fastidire. Curt.* v. *Contemnere.*

RESCISCERE. *Comperi ex iis*, qui ei fuere conscii. *Curt.* v. *Narrare.*

RESISTERE. *Prima coitio est acerrima, si eam sustinueris. Ter. Quorum ego vix abs te* jamdiu *manus ac tela contineo. Cic. in Orat. Mihi cum* perditis ciuibus *aeternum bellum susceptum esse* video. *idem. Compressi tuos nefarios conatus*, amicorum *praesidio*

&

& copiis, nullo tumultu concitato, denique quotiescunque me petisti, *per me tibi obstiti. Ibid.* Cum luxuria nobis, cum amentia, *cum* scelere *certandum est*, Quirites, *suscipio inimicitias* hominum perditorum. *Ib.* Omnibus *ejus consiliis occurri atque obstiti. Ibid. Eos* cum *à pernicie* Reip. *repuleris*, neque *vi coërcere*, neque beneficio placare poteris. *ib.* Principum munus esse ducebat *resistere leuitati*, & multitudinis & perditorum multitudini. *ib. Frangere hominis sceleratissimi* corroboratam jam vetustate *audaciam. ib.* P. Clodii praeturam *non sine maximo rerum nouarum motu proponi* solitam esse videbatis: Nisi esset is consul, qui eam auderet posset*que confringere. ibid.* Non P. Clodio mortuo, vsitatis jam rebus *obnitendum est* Miloni. *ib. Frangetis impetum* viui, *cujus vix sustinetis furias* insepulti. *id. Qui contra ferret arma. Id. in Off.* Cum Persarum *impetum nullo modo possent sustinere. ib. Audere aduersus se tam exiguis copiis dimicare. Nep. Retardauit impetum* hostis. *id. Impetum excipere* hostium. *id. Qui aduersus arma tulerant. id. Ad* Antigoni *refraenandum impetum. id. Se ei objecit. id. Nec sustinuere ejus aduentum* Persae. *id.* Nisi *pro* carissimis pignoribus *corpora opponitis. id. Nec sisti vis hostium poterat. id. Non alia vrbs fortius obsidionem tulit. id. Sistit fugam*, peditemque sequenti *hosti objecit. id.* Nunc primam *inconditam sustinebitis turbam. idem.* Dum *auide ruentes* barbaros *submouet. id. Majore praesidio vim propulsaturus*, si quis inferret. *idem.* v. *Defendere.*

RESPONDERE, NON RESPONDERE. Istuc serua, & *verbum verbo*, *par pari vt respondeas*: *ne te* iratus

suis *saeuis dictis protelet. Ter.* Cum *à me quoque id responsum tulisset. Cic. in Orat. Nullam ad* ruinas ejus *reddi vocem. Curt. Vox* judicum *silentio excepta est. Id.* v. *Tacere.*

RESTITUERE IN INTEGRUM. Qui ab orco mortuum me *reducem in lucem feceris. Ter.* Marcello vobis, P. C. Reiq; publicae *reddito. Cic. in Or.* Cum M. Marcellum Senatui populoque Rom. & Reip *concessisti. Ib.* Aduersarium nobilitate, ingenio, virtute praestantem non modo *extollere jacentem, sed etiam amplificare ejus pristinam dignitatem. Ib.* Reliquos amplissimos viros & sibi ipsis, & *patriae reddidit. ib.* Quibus tu *salutem insperantibus reddidisti — Omnia sunt excitanda tibi*, C. Caesar, vni, *quae jacere sentis*, belli ipsius impetu, quod necesse fuit, *perculsa atque prostrata: constituenda* judicia, *reuocanda* fides, *comprimendae* libidines, *propaganda* soboles; *Omnia quae dilapsa jam fluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. ib.* Nisi belli ciuilis *incendium salute* patriae *restinxeris. ib.* Qui mihi tum denique se *salutem* putauit *reddere*, si eam *nullis spoliatam ornamentis redderet. ib.* Vt *concessisti* illum Senatui, sic *da hunc* populo. *ibid.* Vno mehercule Catilina exhausto, *releuata mihi & recreata* Resp. *videtur. ib.* An diu vexati à perditissimis ciuibus aliquando *per vos, ac* vestram fidem, virtutem sapientiamque *recreemur. ib.* Cum *te patriae reddidissem. ib. Reuocare tu me in patriam*, Milo, potuisti per hos, ego te in patria per eosdem retinere non potero. *ib. Quantam tempestatem subita serenitate discussit? Non* ergo *reuiruisset solum, sed etiam floret* imperium. *Curt.* Jure meritoque populus Rom. *salutem se* principi

suo

suo *debere profitetur*, *cui noctis*, *quam pene supremam habuimus*, *nouum sidus illuxit*. Hujus hercule, non solis ortus, *lucem caliganti reddidit* mundo, cum sine suo capite discordia membra trepidarent. *idem*. v. *Promouere*.

RESUSCITARE MORTUOS. Ipsum *ab inferis excitare* — illum *ab inferis reuocare* — *vitam* si putetis per vos *restitui* posse. *Cic. in Orat.* v. *Restituere*.

RETINERE. Nullum beneficium populi Rom. *nullum judicium de se* senatus *imminutum putat*. *Cic. in Or.* Multa arbitratur se & peperisse antea factis, & habere in animo atque virtute, *quae nullo modo possit amittere*. v. *Amittere*.

REVERERI. Hujus tu neque *auctoritatem verebere*, neque *judicium sequere*, neque *vim pertimesces*. *Cic. in Or.* v. *Auctoritatem habere*.

REVOCATIONIS FORM. *Ut eo, vnde egressa est, referat se oratio*. *Cic. in Off. Inde diuertit oratio*. *Curt. Sed vt ad ordinem, à quo me contemplatio* publicae felicitatis *auerterat, redeam*. *id.* v. *Incipere*.

REUS. Hoc quis non credat, qui nouit te, *abs te esse ortum*. *Ter.* Furti *se alligat*. *id.* Quicquid hujus factum est, *culpa non factum est mea*. *id. Me impulsore haec non facit*. *idem*. *In te omnis haeret culpa solo*. *idem*. Ego etiam *illorum esse hanc culpam* credidi, *quae te est penes*. *idem*. *Hic in noxa est*. *idem*. v. *Innocens*.

RIGARE. Multique fontes dulcibus *aquis passim manantibus alunt* syluas. *Curt. Fluere*.

ROBUSTUS. *Viribus ad laborem ferendum firmis*. *Nep. Robore corporis multum super caeteros eminens*. *Curt. Corporum robore eximio sunt*. *id.* v. *Magnanimus*, *Excellere*.

ROGARE. It. ROGANDI FORM. Nisi vides, nisi senis *amicos oras, ambis. Ter.* Thais *maximo te orabat opere, vt* cras redires. *Idem.* Omnes *vos oratos volo. Id. Orando surdas jam aures reddideras mihi. Id. Fidem nunc vestram implorat*, quod vos jus cogit, *id voluntate vt impetret. id. Ita facto opus est, si me vis saluum esse* & rem & filium. *id. Ad te aduenio*, spem, salutem, auxilium, consilium *expetens. id. Per te Deos oro & nostram amicitiam id. Si vnquam vllum fuit tempus*, mater, *cum ego voluptati tibi fuerim -- obsecro ejus vt memineris, atque* inopis te nunc misereat mei. *id. Per Deos atque homines* meam esse hanc *caue* resciscat quisquam. *id. Orator ad vos venio* ornatu prologi, *sinite impetrare me*, qui in tutelam studium suum, & se in vestram commisit fidem. *id. Ne me obsecra, quasi hoc te orando à me impetrare oporteat. id.* Credite *omnes tendere ad vos manus, implorare* patrios Deos, *opem vestram*, misericordiam, fidem *exposcere, vt. Curt. Per mutuam charitatem* & pignora vtriusque animi *rogat, vt. id. Pertinacius precantibus. id.* Militum *fidem implorans. id.* Diu *precibus* ipsorum *reluctatum aegre vicerunt*, vt cibum caperet. *idem.* Illa malis fatigata identidem *muliebres adhibere blandicias id. Quo efficaciores essent preces. id. Date hoc precibus meis id. Surdas jamdudum aures pulso, auersos animos & infractos excitare conor. id. Frustra surdas aures inuocabat. id.* v. *Cupere.*

RUDIS. *Expers literarum. Nep.* v. *Nescire.*

RUMOR EST. *Rumor* otiosi militis viritim *sine auctore percrebuit. Curt.* v. *Nunciare.*

RUSTICUS. v. *Agricola.*

SACRI-

SACRIFICARE. Diis patriis *sacrificio rite facto.* *Curt.* Anniuersarium *sacrificium* Libero patri *non esse redditum* statо tempore. *Id.* *Victimis* Mineruae ac victoriae *caesis.* *Id.* v *Honorare.*

SALTARE. Carmen laetantium more canere, *tripudiisque & lasciuiori corporis motu gaudium quoddam animi ostentare* cœperunt. *Curt.* v. *Bacchari.*

SALUTANDI FORM. *Jubeo* Chremetem. *Ter.* *Plurima salute* Parmenonem *summum suum impertit* Gnatho. *Id.* Saluere Hegionem *plurimum jubeo.* *Id.* v. *Titulum denegare.*

SANARE. *Nondum* prioris *vulneris obducta cicatrice.* *Curt.* Nondum *obducta vulneri cicatrice.* *Id.* Protinusq; *dolore finito*, intra breue spatium *cicatrix quoque obducta est.* *id.* v. *Conualescere.*

SANCIRE. Tum cum *lex ferebatur.* *Cic. in Orat.* v. *Leges facere.*

SATIARE. Cum *tu satura atque ebria eris*, puer *vt satur sit, facito.* *Terent.* *Fame duntaxat vindicatus* exercitus. *Curt.* v. *Esurire.*

SATISFACERE. Tot mei solius soliciti sunt causa, vt *me* vnum *expleant.* *Ter.* *Suarum rerum satagit.* *id.* *Exple animum his*, teque hoc crimine expedi. *id.* *Nos nostro officio nihil egressos esse.* *idem.* v. *Fungi officio.*

SCANDALIZARE. v. *Exemplum dare.*

SCANDERE. Alii *manibus eminentia* saxa *complexi leuauere semet*, alii adjectis funium laqueis *euasere*, cum cuneos inter saxa defigerent, *queis gradus subinde insisterent.* *Curt.* *Per* aspera *enixis.* *id.* *In summum* jugum placebat *euadere.* *id.* v. *Cadere.*

SCELERATUS. *Mala mens*, *malus animus.* *Ter.*

Commendationem ineuntis aetatis *ab impietate & scelere duxit. Cic. in Orat. Quod facinus* nec *in* hominem imprudentem *cadere posset*, propter metum praesentis exitii, nec *in facinorosum*, nisi esset idem amentissimus. *Ib. Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? quod priuatarum rerum dedecus non haeret infamiae?* quae libido ab oculis tuis, *quod flagitium à toto corpore abfuit? Ib.* Nonne etiam *alio scelere incredibili hoc scelus cumulasti? Ib. Nullum jam tot annos facinus existit, nisi per te, nullum flagitium sine te. ib. Tibi vni* multorum ciuium neces, tibi *vexatio direptioque* sociorum *impunita fuit ac libera: tu non solum ad negligendas leges ac quaestiones, verum etiam ad euertendas perfringendasque valuisti. ib.* Nescio quo pacto *omnium scelerum ac veteris furoris & audaciae maturitas in nostri* consulatus *tempus erupit. ib. Quid mali aut sceleris fingi aut excogitari potest, quod ille non conceperit? ib. Desperatorum hominum flagitiosi greges. ib. Nihil cogitant, nisi caedes,* nisi incendia, nisi rapinas. *ib.* Nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut *voluntate perditi. ibid. Nefaria bellua. ib. Cui nihil vnquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. ibid. Non potest dici satis, ne cogitari quidem, quantum in illo sceleris,* quantum exitii *fuerit. ib.* Quam ille *omni scelere polluerat. ibid.* Finesque saepe *omni nefario stupro & scelere macularet. ibid.* Num igitur *se obstrinxit scelere. Id. in Off.* Quid cum eo differas, *qui omnino hominem ex homine tollat? ib.* An *se scientes scelere contaminent. ibid. Impunitate proposita, facturos, quod expediat, facinorosos* se esse fateantur. *ibid. Ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. ibid.*

Incli-

Inclinata in scelus leuitas timebatur. *Curt.* Praeda *per scelus vltimum parta. Id. Qui vltimum ausus est scelus. Id. Vrbium suarum purgamenta. Idem.* v. *Atheus, Peccare, Vitiosus.*

Schiessen. v. *Tela jactare.*

Scire. *Nec clam te est. Ter. Rem tenes. Id. Teneo* quid erret, quid ego agam *habeo. Id.* Parmenonis *tam scio esse* hanc technam, *quam me viuere. id.* Quo pacto id fieri soleat, *calleo. id. Ne ignarum te dicas fuisse* meorum morum. *id.* Ego illius sensum *pulchre calleo. id. Primus sentio* mala nostra, primus *reseisco omnia, primus* porro *obnuncio. id.* Esse verum, ex me atque ex fratre *cuiuis facile est noscere. id. Habes omnem rem. id. Haud clam me est. id. Nec pol me multum fallit, quin quod suspicor sit. id.* Qui tam audacis facinoris *mihi conscius sis. idem.* Si hoc *celetur,* in metu, sin *patefit,* in probro sim. *id. Diligentia* inimici *inuestigatum est, quod latebat. Cic. in Orat. Non erant nescii. id.* Quantum nomen ejus fuerit, *quis ignorat? ibid. Num me fefellit,* Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verum id, quod multo magis est admirandum, dies? *ib. Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo non audiam, sed etiam videam, planeque sentiam. ibid. Patere tua consilia non sentis? constrictam* jam omnium horum *conscientia teneri* conjurationem tuam *non vides? ib.* Quid consilii ceperis, *quem nostrum ignorare arbitraris? ib.* Si *neque nox tenebris obscurare cœtus* nefarios, *nec priuata domus parietibus continere vocem* conjurationis tuae *potest,* si *illustrantur,* si *erumpunt omnia. ibid.* Teneris vndique, *luce sunt clariora nobis tua consilia omnia. ibid.* Omnium

aditus

aditus *tenebat*. *Ibid. Nullam rem esse* (illa) declarant in vsu militari positam, *quae hujus viri scientiam fugere possit*. *Ibid. Nouerant* enim sociorum vulnera, *vident*, eorum calamitates. *Ib.* Qui omnium mentes eorum, qui ad Remp. adeant, *maxime perspiciunt*. *Ib. Tanquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurari potest nec dictum ejus nec factum*. *Id. in Off. Compertum habere*. *Curt.* Barbaros *non fefellit* subductus ex acie Rex. *Id. Certum habeo*. *Id. Dubitatio exempta est*. *Id.* Juste aestimantibus *liquet*. *Id.* v. *Dubitare*. it. *Nescire*.

Scopulus. Perpetuo jugo *montis asperi & praerupti* Cilitia includitur: quod *cum à mari surgat, velut sinu quodam flexuque curuatum, rursus altero cornu in diuersum littus excurrit*: Per hoc dorsum, *qua maxime introrsum mari cedit, asperi* tres *aditus & peranguſti sunt*. *Curt. Rupes abscissae & vndique praeruptae*. *id. Inuiae rupes & praerupta saxa*. *id. Praerupta rupes erat*, qua spectat occidentem, eadem, qua vergit ad orientem, *leniore submissa fastigio* multis arboribus obsita. *id. Velut de industria rupes praealtas admolita natura est*. *id. Petra, non vt pleraeque modicis ac mollibus cliuis in sublime fastigium crescit, sed in mitrae maxime modum erecta est, cujus ima spatiosiora sunt, altiora in arctius coeunt, summae in acutum cacumen exsurgunt*. *id.* v. *Magnus*.

Scopum esse. *Quicquid dixi, ad vnam summam referre volo*, vel humanitatis, vel clementiae, vel misericordiae tuae. *Cic. in Orat.* v. *Breuem esse*.

Scortari. Postquam sentit me *tecum* quoque *rem habere*. *Ter.* Quia *consimilem luserat* jam olim ille *ludum*. *id. Commeare* filium paterere *ad mulierculam*

vulam — ea coacta ingratiis post illa cœpit *victum vulgo quaerere. Id.* Filiam ejus *virginem vitiauit. Id.* Qui *illi consueuit* prius. *Id. Virginem vitiasti*, quam te jus non fuerat tangere. *Id.* Nunc *animum* rursum *ad meretricem induxti tuum. id.* Si *cum illo habueris rem* postea. *idem. Cum* ejus *consueuit* olim matre in Lemno *clanculum. id. Cum* sorore germana *nefarium stuprum feciſſe. Cic. in Or. Polluerat stupro sanctiſſimas religiones. ibid. Nec corporibus quidem vis ac libido parcebat. Curt.* Ne quis *captiuo corpori illuderet. id.* Virginesque & principes fœminarum *stupra perpeſſae, corporum ludibria deflebant. id.* Nobilem virginem *constupratam* seruo suo pellicem dederat. *id.* Apud eos parentibus *stupro coire cum* liberis fas est. *id.* v. *Libidinosus*, it. *Vitiare.*

Scribere. Ipsius *scriptis* actiones nostras *mandaremus. Cic. in Off. Nulla* tamen *ejus ingenii monumenta literis, nullum opus otii*, nullum solitudinis munus *extat. ibid. His voluminibus profecta ad te vox mea est. ibid.* Libri arborum teneri, haud secus quam chartae, *literarum notas capiunt. Curt.* v. *Docere.* it. *Referre.*

Securus. Nos sic *nec opinantes duci falso gaudio, sperantes jam amoto metu, interea oscitantes opprimi. Ter. Animo jam nunc otioso esse* impero. *id.* Fratri gaudeo amorem *esse* omnem *in tranquillo. idem. Ademptum tibi jam faxo omnem metum, in aurem utramuis otiose ut dormias. id. Credebas dormienti haec tibi confecturos Deos? & sine opera tua* illam in cubiculum iri deductam domum? *Nolim caeterarum rerum te socordem eodem modo. id.* Dum *tu dormis. id.* v. *Negligere*, it. *Tutus.*

Seda-

SEDARE. Tandem *reprime iracundiam, atque ad te redi. Ter.* Nisi belli ciuilis *incendium* salute patriae *restinxeris. Cic. in Or.* Qui non fortuna *inflammaret odium suum, sed bonitate leniret. ib.* Jam omnis *fracta dissensio est* armis, *& extincta* aequitate victoris. *ibid. Supprimi sanguinem & vulnus obligari* jussit. *Curt.* Non quidem *indignatio*, sed tamen seditio *compressa est. id.* Momento temporis *repressus* est imber. *id.* v. *Coercere*, it. *Impedire.*

SEDITIONEM MOVERE. *Insanissima concio ab* ipsius mercenario trib. plebis *est concitata. Cic. in Orat. Mediocriter labefactantem statum reip. ibid. Nouis rebus studentem. ib.* Seruum *solicitare verbis, spe corrumpere, abducere domum, contra* dominum *armare*, hoc est non vni propinquo, sed *omnibus familiis bellum nefarium indicere. ib. Intestinum periculum moliri. ib.* Vana gens & *nouandis*, quam gerendis *aptior rebus. Curt.* Caeterosque ejusdem amentiae *in caput meum subornauit. id. Hos* — Philotas *in me acuit. id. Tumultuoso nuncio* milites *concitant. id. Orta seditio in diuersa consilia diduxerat vulgum. id.* Suspectus *res nouare* voluisse. *id.* Vaecordes & disciplinae militaris immemores, *seditiosis vocibus castra complent. id. Effusam* antea *licentiam atque seditiosam* militum *violentiam* ita *compressam. id.* Ne hoc quidem supplicium *seditionem* militum *mouit. id.* Circa Meleagrum frequens globus erat, *in seditionem ac discordiam versa concione. id. Nullum profundum mare, nullum fastum fretum & procellosum tantos ciet fluctus, quantos multitudo motus habet, vtique si noua & breui duratura libertate luxuriat. id.* Vacuum eundem & infidum, celeriterque *res novaturum*

turum & sibi maxime infestum occupandum esse. id. Ad ea, quae defectione turbata erant, componenda processit, interfectis consternationis auctoribus. idem. v. Tumultuari.

SEDUCERE. Si quis magistrum cepit ad eam rem improbum, ipsum animum aegrotum ad deteriorem partem plerumque applicat. Ter. Bene & pudice ejus doctum atque eductum sinam coactum egestate ingenium immutarier? id. Scitum hercule hominem, hic homines prorsus ex stultis insanos facit. id. Eum ad nequitiam abducere. id. Nec me cupidum eo impulisset, quod mihi principium est mali. idem. Se à te corruptum tuis promissis in fraudem impulsum esse. Cic. in Orat. Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem praetulisti? Ib. Quae tanta in vllo vnquam homine juuentutis illecebra fuit, quanta in illo? ib. Nec vero solum ipsa cecidit, sed etiam reliquam Graeciam euertit contagionibus malorum, quae à Lacedaemoniis profectae manarunt latius. Id. in Off. Vitiorum commercium vulgare in externas gentes. Curt. v. Corrumpere.

SENATUS, SENATOR. In hoc orbis terrae sanctissimo grauissimoque consilio. Cic. in Or. Fit publici consilii particeps. ibid. v. Curia.

SENEX, SENESCERE. Incuruus, tremulus, labiis demissis, gemens. Ter. Prope jam excurso spatio. id. Contriui in quaerendo vitam atque aetatem meam, nunc exacta aetate hoc fructi pro labore ab iis fero, odium. id. Sum natu maximus. id. Jam aetate ea sum, vt non siet peccato mihi ignosci aequum. id. Ea illum cuncta jam aetate exacta defecerant. Cic. in Or.

Æta-

Ætate jam confectum. Ibid. Se *jam confectum senectute. Idem. in Off. Cum aetate jam esset prouectus. Nep. Praecipiti senectute vir. Curt.* Nec vllus *corporibus, quae senectus soluit*, honos redditur. *Idem.* Auctoritate & *aetate grauis erat. Id.* Ego *me melior* non *aetatis spatio*, sed gloriae. Licuit paternis opibus contento, intra Macedoniae terminos, per otium corporis *expectare obscuram & ignobilem senectutem. Id.* v. *Viuere.*

SENTENTIAM MUTARE, NON MUTARE. *Consilium* belli faciendi *abiecerit, ex hoc cursu* sceleris & belli *iter ad* fugam atque in exilium *conuertit. Cic. in Orat.* Si vis manifestae audaciae, si impendens patriae periculum *me necessario de* hac animi lenitate *deduxerit. ibid.* Hic si *sibi ipse consentiat* & non interdum *naturae bonitate vincatur. Id. in Off.* Nunc saltem *salubrius consilium inirent. Curt.* v. *Mutare.*

SENTIRE. *Numquid* patri *subolet. Ter.* Postquam tantopere id vos velle *animum aduerteram. id.* v. *Obseruare.*

SEPARARE. Itane obstinate operam dat, vt *me* à Glycerio miserum *abstrahat. Ter.* Ea res *multo maxime disjungit illum ab illa. idem.* Noua res orta est, porro *ab hac* quae *me abstrahat. id.* Quod si eo fortunae meae redeunt, Phanium, *abs te vt distrahar*, nulla est mihi vita expetenda. *id.* Horum amorem *distrahi* poterin' pati? *Id.* Nec fas esse ducebam, *versari me in nostro vetere curriculo*, illo aemulo atque imitatore studiorum ac laborum meorum, quasi quodam socio, à me & comite *distracto. Cic. in Or.* Belli *dissidio distractus. ibid. Voluntate* igitur omnes *tecum fuerunt*, tempestate *abreptus est* vnus. *ib.* Quos ego

à Ca-

à Catilina *non reuoco*, nam neque *diuelli ab eo* possunt. *Ibid. Vos ancipiti contentione distracti de* imperio *dimicaretis. Ibid.* Quo est ista magis diuina virtus, eo *majore à te dolore divellor*, nec vero si *mihi eriperis. Ibid.* Qui possum putare me restitutum esse, si *distrahor ab iis*, per quos restitutus sum. *Ibid.* Socratem solitum execrari eos, qui primum haec *natura cohaerentia opinione distraxissent. Id. in Off. Neque* à virtute *vnquam diuelli potest. ib. Disrumpi necesse est* eam, quae maxime est secundum naturam, humani generis societatem. *ibid. Res à natura copulatas* audebit errore *diuellere. ibid.* Qui nunquam vtilitatem à dignitate *sejunxit. ibid.* Regem & commilitonem *diuelli à se & abripi. Curt.* Coloniae certe ejus *pene orbe toto diffusae sunt. idem. Separandos à* caetero exercitu ratus *in vnam* cohortem *secreuit. id.* Libertatem linguae *ab* auribus credulis *remouere. id. Delectum è* vobis juniorum *habui, & vos* meorum militum corpori *immiscui. idem.* Ne *abducendo* equites *abrupisse à caetero* exercitu videretur. *id. A caeteris discretos. id.* Priusquam *excerneret*, quos erat retenturus. *id.* v. *Fidelis.*

Sepelire. Qui, *vnde efferentur*, non reliquissent. *Nep. Amplo funere extulit. id.* v. *Abscondere.* it. *Honorare.*

Sepes. *Arbores densae sunt ex industria consitae, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rursus inserunt terrae, inde velut ex alia radice laetiores fiunt trunci. Hos, qua natura fert, adolescere non sinunt, quippe alium alii quasi nexu conserunt, qui vbi multa fronde vestiti sunt, operiunt terram, itaque occulti ramorum velut laquei perpetua sepe iter claudunt. Curt.* v. *Cingere.*

Sequr. Quoquo hinc asportabitur terrarum, *certum est persequi.* *Ter.* Siue auderemus duces esse, *se proximas à nobis partes vindicaturum.* *Curt.* *Excipiet* hujus seculi tempora ejusdem domus, vtinam perpetua, certe diuturna posteritas. *Id.* v. *Persequi.*

Serenus. *Liquidior lux apparuit cœlo.* *Curt.* *Cœli mitescente saeuitia.* *id.* v. *Lucere.*

Servare. Gubernator, vbi naufragium timet, *jactura quicquid seruari potest, redimit.* *Curt* Suadeo, vt te & regnum tuum *salubri ratione conserues.* *Id.* A quo *reuocatus ad vitam* erat. *Id.* v. *Conseruare.*

Serviliter tractare. *Non vt ingenuis imperare* cœpisti, *sed quasi in mancipia dominaris.* *Curt.* v. *Tyrannus.*

Severus. Fortasse *aliquanto iniquior erat, praeter ejus libidinem.* *Ter.* Quod *illum insimulat durum,* id non est. *idem* *Quam iniqui sunt patres in* omnes adolescentes *judices!* *id.* Diu etiam *duras dabit.* *id.* *Nimis grauiter cruciat* adolescentulum *nimisque inhumane.* *id.* *Nimium ipse est durus praeter aequum & bonum.* *id.* Sua culpa vt sciat, *lenem patrem illum factum me esse acerrimum.* *id.* Nae illi *vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram.* *Cic. in Or.* *Non est lenitati locus, seueritatem res ipsa flagitat.* *ibid.* Si vis manifestae audaciae, si impendens patriae periculum *me necessario de hac animi lenitate deduxerint.* *ibid.* *In summa seueritate versatur.* *ib.* *Quae potest esse in* tanta sceleris immanitate *crudelitas?* Quod *in hac causa vehementior* sum, *non atrocitate animi moueor, quis enim est me mitior?* sed *singulari quadam humanitate & mise-*

misericordia. Ib. Me seuerum vehementemque praebeo. Ibid. Vereamini censeo, ne *in* hoc scelere tam immani ac nefario *nimis aliquid seueri statuisse videamini. Ib. Ita probanda est mansuetudo atque clementia, vt adhibeatur* Reip. causa *seueritas*, sine qua administrari ciuitas non potest. *Id. in Off.* Qui *perindulgens in* patrem, *idem acerbus & seuerus in* filium. *Ib. In* neminem *acerbiore vteretur imperio. Nep. v. Indulgere, Lenis.*

SIGNIFICARE. Frater vbi vbi est, *fac quamprimum haec audiat. Ter. Mihi per alium suam ostendit sententiam. id.* Quae quotidianae vitae consuetudo cujusque ingenium vt sit, *declarat maxime. id.* Mihi quale ingenium haberes, *fuit indicio* oratio tua. *Idem.* Cum videam miserum hunc tam excruciarier ejus abitu, *celem* tam insperatum gaudium, cum illi *nihil periculi ex indicio* siet? *Id.* Nescio *quid* peccati *portat* ista purgatio. *id.* Etsi partem *aperient*, in agendo partem *ostendent. id.* Anus *indicium id fecit mihi. id. Neq; enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum. Cic. in Orat.* Consilium *minime obscurum fuit. ib.* Sit denique *inscriptum in fronte* vniuscujusque ciuis, *quid* de Rep. *sentiat. ib. Rem omnem ad* patres conscriptos *detuli. ib.* Quae quoniam in senatu *illustrata, patefacta, comperta sunt per me. ib.* Quid fieri placeret, *ostendi. ib.* Vbi sua studia erga fortes & bonos ciues, quae *vultu & verbis saepe significassent, re & sententiis declararent. ib. Dederas*, quam contemneres populares insanias, jam ab adolescentia *documenta maxima. ibid.* Cruentis manibus scelus & *facinus prae se ferens. ib.* Animi excellentia magnitudoque,

cum in augendis opibus vtilitatibusque, & sibi & suis comparandis, tum *multo magis in his* ipsis despiciendis *eluceat. Id. in Off.* Neminem omnino esse negligendum, *in quo aliqua significatio virtutis appareat. Ibid.* Decorum, quod *elucet in vita. Ibid.* Prouideat ne sermo vitium aliquod *indicet inesse* moribus. *ib. Speciem prae te* boni viri *feras. ib. Prae se fert* dolorem suum. *ib.* Ad hanc vocem obortae lacrymae *prodidere animum* aspernantis id munus. *Curt.* Magnas perturbationis *notas prae se ferebat. idem.* Quotus dies esset, ex quo Nicomachus *ad eum detulisset indicium. id. Vultu praeferens* dolorem animi. *id.* Cum tanti sceleris auctores *ostendero. id.* Haud sane *indicium* grauioris consilii *praeferentem. idem.* Scelesti animi *indicem ac testem. id. Eminebat* etiam *in* voce sceleris, quod parabat, atrocitas. *id.* Vultu & oculis motum *praeferebat* animi. *id.* v. *Apparere.*

SILERE. v. *Tacere.*

SIMILIS. *Ex homine hunc natum dicas. Ter. Quod est consimilis moribus, conuinces facile ex te natum; nam tui similis est probe:* nam *illi nihil vitii est relictum, quin sit id itidem tibi. idem.* Vt *omnes* mulieres *eadem aeque studeant nolintque omnia, neque declinatam quicquam ab aliarum ingeniis vllam reperias. id. Ecce* autem *similia omnia, omnes congruunt, vnum cognoris, omnes noris. id.* Quae accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, vt *ad veterum scriptorum laudem peruenirent. Cic. in Orat.* Homines *ad* Deos *nulla re propius accedunt*, quam salutem hominibus dando. *ibid.* Nostra legens *non multum à* Peripateticis *dissidentia. Id. in Off.* Qui jam *se illis fere aequarunt. Ib.* Si *sibi consentanei* esse velint. *Ibid.*

Imita-

Imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quam acceperunt. *Ib. Neque vlla re longius abſumus à* natura ferarum. *Ibid. Similiter facere eos,* qui inter ſe contenderent, vter potius Remp. adminiſtret, vt ſi nautae certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret. *Ibid.* Ex mediorum officiorum frequentia *ſimilitudinem quandam gerebant ſpeciemque* ſapientum. *Ibid. Nemo eum* labore corporisque viribus *poſſet aequiparare. Nep.* Munimenta, quae manu ponimus, naturali ſitu *imitante. Curt.* Quam vellem, inquit, Darius *aliquid ex hac indole hauſiſſet. Id.* Corporis habitus famae generis *non repugnat. id.* Quae mœnium altitudinem *aequaret. id.* Tot gentes alterius imperio ac nomini aſſuetas, non ſacris, non moribus, non commercio linguae *nobiſcum cohaerentes. id. Abhorrentia moribus noſtris* & tempora & ingenia. *idem.* Si Dii habitum corporis tui auiditati animi *parem eſſe* voluiſſent. *id.* Cum *ſpecie* corporis *aequaret* Haepheſtionem, lepore *haud ſane illi par erat. id. Haud multum* ſeruilibus miniſteriis *adhorrentia. id. Æqualem ſibi & haud diſparem* habitu oris & corporis. *id.* Tardum animal equorum velocitatem *aequare* non poterat. *id.* Squamis *fulgorem* auri *reddentibus. id.* Vt hoc ſacro fœdere *diſcrimen* victi & victoris *excluderem. Idem.* Inueteraui peregrinam nouitatem, & ciues mei eſtis & milites. *Omnia eundem ducunt colorem*: Nec Perſis Macedonum morem *adumbrare,* nec Macedonibus Perſarum *imitari* indecorum eſt, *ejuſdem juris eſſe debent*, qui ſub eodem rege victuri ſunt. *id.* v. *Diſſimilis.*

SIMPLEX. *Dauus ſum, non Oedipus. Ter.* v. *Callidus.*

SIMULARE. Paulum intereſſe cenſes, *ex animo omnia, vt fert natura, facias, an de induſtria? Terent.* An potius *ita me comparem*, non perpeti meretricum contumelias? *Id. Nunc geſtus mihi vultusque eſt capiendus nouus. Id. Compoſito factum eſt. Id.* Non aliam premendi inimici occaſionem aptiorem futuram ratus, odio ſuo pietatis *praeferens ſpeciem. Curt.* Vultu laetitiae *ſpeciem praeferre. idem. Cum animo diſparem vultum diutius ferre non poſſet. id.* Libertate ſublata, *vultu, qui maxime ſeruit, aſſentiebantur. Id.* v. *Hypocrita.*

SITIRE, SITIM SEDARE. *Sitis* praecipue *fatigatos & ſaucios exhauriebat, paſſimque omnibus riuis proſtrauerant corpora, praeterfluentem aquam hianti ore captantes, quam cum auide turbidam hauſiſſent,* tendebantur extemplo praecordia, premente limo. *Curt. Siti maceratus. id. Aquarum — penuria prius deſperatione, quam deſiderio bibendi ſitim accendit. id.* Cum ipſa luce aeſtus oritur, *omnemque naturalem abſorbet humorem ſiccitas, ora viſceraq; penitus vruntur. id. Ægre pati ſitim. id.* Pauci à peritis regionis admoniti *praeparant aquam, haec pauliſper repreſſit ſitim. id.* v. *Bibere.*

SOCIUS. *Hic de grege illo eſt. Ter. Una à pueris paruuli ſumus educti; vna ſemper* militiae & domi *fuimus. id. Qui ſe tecum omni* ſcelere parricidioque *junxerunt. Cic. in Orat. Scelerum fœdere inter ſe nefaria ſocietate conjunctos. ib.* Si *me cum* ignauis, & pluris qualemcunque vitam morte honeſta aeſtimantibus *fortuna junxiſſet. Curt. Particeps conſilii operisque. id. Cum quibus* tantae rei *ſocietatem inüiſſet. id. In ſocietatem cogitatae rei adſciſcit. id.* Solen-

niter

niter legerunt, quos *in societatem* sceleris *adsciscerent*. *Idem*. *Quos*, alias bellare inter se solitos, nunc periculi *societas junxerat*. *Id*. Barbaros quoque *in societatem* defectionis *impulerant*. *Id*. v. *Juuare*.

SOLATIO ESSE. Esse hanc vnam, quae breuitatem vitae posteritatis *memoria consolaretur*. *Cic. in Orat.* v. *Consolari*.

SOLICITARE. *Versabat animum* tanto facinore procul abhorrentem. *Curt*. Sua sponte jam motos metu *haud difficulter ad* arma *concitauerunt*. *Id*. v. *Allicere*.

SOLICITUM REDDERE. Oratio haec *me* miserum *exanimauit metu*. *Ter*. *Quanta me cura & solicitudine afficit* gnatus. *id*. Vates varia interpretatione *curam distrinxerant*. *Curt*. *Ingentem omnibus incusserat curam* tam praeceps temeritas ejus. *idem*. *Ingentem animo solicitudinem* literae *incusserant, & quicquid in vtramque partem aut metus, aut spes subjecerat, secreta aestimatione pensabat*. *id*. *Quem solicitudine intempestiua amici*, sane fideles, sed *moleste* seduli *turbant*. *id*. *Solicitam expectatione mentem turbauerunt*. *id*. Gens bellicosa & natura situs difficilis aditu *curam* regis *intenderat*. *id*. *Fiducia in solicitudinem versa* trepidare cœpit. *id*. v. *Curare*.

SOLITARIUS. *Homo est perpaucorum hominum*. *Ter*. Senex *rus abdidit se, huc raro in vrbem commeat*. *id*. Multi & sunt & fuerunt, qui eam, quam dico, *tranquillitatem expetentes, à negotiis publicis se remouerunt, ad otiumque perfugerunt*. *Cic. in Off*. *A rebus forensibusque negotiis* armis impiis, vique *prohibiti, otium persequimur*, & ob eam causam vrbe relicta *rure peragrantes saepe soli sumus*. *ib*. *Requiescens*

à Reip. pulcherrimis muneribus otium sibi sumebat aliquando, & à cœtu hominum frequentiaque interdum tanquam in portum se in solitudinem recipiebat. Ibid. Fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, & saepe soli sumus. Ibid. Vbi se oblectare sine interpellationibus posset. Ib. Cum à conuentu se remotum Dion domi teneret, quanquam à conspectu suorum recessisset. Nep. Neque colloquium ejus petiuit, neque in conspectum venire statuit. Idem. Desertam vastamque regionem late tenent, ac ne cum finitimis quidem vllo commercii jure miscentur. Curt. Ipsa solitudo natura quoque immitium efferauit ingenia. Id. v. Desertum.

SOLVERE PECUNIAM. Erat ei de ratiuncula jam pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum, id vt conficerem, confeci, affero. Ter. Accipe, hem! lectum est, conueniet numerus quantum debui. id. Versuram soluet. id. Nunquam nec majus aes alienum fuit, nec melius, nec facilius dissolutum est. Fraudandi enim spe sublata soluendi necessitas consecuta est. Cic. in Off. v. Debere.

SOLO ÆQVARE. Vt dejicerent fundamenta murorum ab imo moliuntur, ne quod vrbis vestigium extaret. Curt. v. Vastare.

SOMNIARE. Anxium de instantibus curis agitabant etiam per somnum species imminentium rerum, siue illas aegritudo, siue diuinatio animi praesagientis accersit. Curt. Specie, quae per somnum oblata erat. id. Speciem sibi Herculis oblatam esse in somnō pronunciat. id. v. Imaginari.

SOMNUM EXCUTERE. Illum sive securitate animi, siue fatigatione resolutum somnus oppresserat, quem

quem Attarras *torpentem adhuc occupat.* Tandem ei *sopore discusso* cum injicerentur catenae. *Curt. Animi corporisque sopore discusso. Id.* v. *Dormire.*

SORDIDUS. *Pannis obsita, neglecta, immunda illuuie. Ter. Fauillae plena, fumi ac pollinis* coquendo fit faxo & molendo. *Idem. Puluere ac sudore simul persusum* Regem. *Curt.* v. *Lauare, Pauper.*

SPEI OPTIMÆ. *Sustines non paruam expectationem imitandae industriae nostrae, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. Cic. in Off.* v. *Sequi.*

SPERARE. *Injecta est spes* patri. *Ter.* Ni *mihi esset spes ostensa* hujusce habendae. *id. Animus in spe atque in timore vsque antehac attentus fuit. id.* Itane parasti te, vt *spes nulla reliqua in te siet tibi? simul consilium cum re amisti? Id. In te spes est. id. Plus spei video, quam volo. id.* Adolescens *quam maxima in spe situs erit. id.* Nostrumne Æschinum, nostram vitam omnium, *in quo nostrae spes opesque omnes sitae erant. id. In te spes omnis,* Hegio, *nobis sita est. Te solum habemus.* Tu es patronus, tu parens, *si deseris tu, perimus. id. In me omnis spes mihi est. id.* Cujus nunc miserae *spes opesque sunt in te vno omnes sitae. id. Omnibus ad bene de* omni Rep. *sperandum quasi signum aliquod sustulisti. Cic. in Orat. Omnem spem salutis ad* clementiam victoris & sapientiam *contulisse. ibid.* Neque *in hac* oratione *spes est posita* causae, nec in eorum studiis, qui à te pro Ligario petunt tui necessarii. *ib.* Homines tenues atque egentes *in eandem illam spem* rapinarum veterum *impulerunt. ibid. Quibus ego ducibus in hanc spem sententiamque sum ingressus. ibid. Spem* imperii & rerum amplissimarum *vltro sibi à* patriciis hominibus *oblatam, ibid.* Vt *in*

vno C. Mario *ſpes* imperii *poneretur. Ib. Tanta in eo* Reip. bene gerendae *ſpes conſtituebatur. Ibid.* Magnam ei cauſam, *magnam ſpem in* Milonis morte *propoſitam. Ib.* Cum M. Antonius *ſummam ſpem* ſalutis bonis omnibus *attuliſſet. Ib.* Alpibus *ſpem* poſſeſſionum *terminabat* ſuarum. *Ib. In ſpem maximam, &*, quemadmodum confido, *veriſſimam adducti ſumus. ib. Omnis opinio ad eam ſpem traducenda. ib.* Cum *à ſpe* conſulatus *longe abeſſet. Id. in Off.* Quibus, ſe oppreſſo, *nulla ſpes ſalutis relinqueretur. Nep. Spes omnis conſiſtebat* Datami *in* ſe locique natura. *id.* Cujus *in* pernicie *poſitam ſpem habuiſſent* victoriae. *Id. Praecipua ſpes & propemodum vnica. Curt.* Cum multos *imminere tantae ſpei* cernerent. *id.* Territi tamen *ſpem* obtinendi Ægyptum *non amiſerunt. id.* Vtendum animis, dum *ſpe calerent*, ratus. *id. Spes metum vincit. id. Certam ſpem* victoriae *augurabantur. id. Si ſpes non ſubeſſet. idem. Spes languentes* quoque *erexerat. id. Auida ſpes* regni praecipitem ad vltimum nefas *animum impulit. id.* Humani ingenii vitio *ſpei ſuae indulgens. id.* Totius orbis imperium *mente complexus eſt. idem. In illo ſpes vltima haerebat. idem. Certiorem ſpem* ſalutis ejus *in* caſtra *retulerunt. id. Ingens* militum *animos deſperatio inceſſit. id.* Tyrii *deſperatione torpebant. id.* Nec tamen *defecere animis* Tyrii, quanquam *ab ingenti ſpe deſtituti erant. id. Ne deſperatio ſuis creſceret. idem. Ad* cujus conſpectum *animi* hoſtium *labare — coeperunt. id. Quibus ſpem* gratiae *cito abrumpere*, ad bellum ciuile properantium eſt. *id.* v. *Deſperare.*

SPIRITUM DUCERE. *Liberius meare ſpiritus* coeperat. *Curt. Intercluſus ſpiritus arcte meabat. id.*

Ne

Ne *impensius* ob nimiam festinationem *concitato spiritu* capesserent bellum. *Idem.* Vt primum fatigatus *spiritum laxauit, quem* metus & periculum *intenderant. Id.* v. *Deliquium pati.*

SPLENDERE. *Cœli fulgor* tempore aestiuo ardenti similis *internitens ignis praebuit speciem. Curt. Nitet* purpura aurumq; *fulget* armis. *Id.* v. *Lucere.*

SPLENDIDUS. v. *Vestitus & Vestitus splendide.*

STARE. *Gradum firmare vix poterant. Curt.* v. *Cadere.*

STATIM. *Nox nulla interceſſit. Cic. in Or. Num vnum diem poſtea* L. Saturninum Tribunum plebis & C. Seruilium *pœna remorata eſt? Ib. Expectatione maturius. Curt.* v. *Morari.*

STATUERE. Cum plerique *arbitrentur* res bellicas majores esse, quam vrbanas, *minuenda eſt haec opinio. Cic. in Off.* Cum sint docti à peritis, *facile deſiſtunt à ſententia. ibid.* v. *Exiſtimare.* it. *Sententiam mutare.*

STATUM PRÆSENTEM DESIGNANDI FORM. *In eum jam res rediit locum. Ter.* Audietis, *quo in loco res haec ſiet. id. Quonam in loco ſint res & fortunae meae. id. Pejore res loco non poteſt eſſe, quam in hoc, quo nunc ſita eſt. id. Quid vos? quo pacto hic? ſatisne recte? id. Satin' omnia ex ſententia? idem.* O Dii immortales! *vbinam gentium ſumus? quam* Remp. *habemus? in qua* vrbe *viuimus? Cic. in Orat.* v. *Felix, Miſer.*

STRATAGEMATE VTI. Alexander inops consilii tandem *ad fallendum hoſtem talem dolum intendit. Curt.* v. *Fallere.*

STUDERE. Repente *ad ſtudium* hunc *ſe applicaſſe* Muſi-

Musicum. *Ter. A qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse. Cic. in Orat.* Nec nos quidem *huic* cuncti *studio* dediti *fuimus. Ib.* Ab iis artibus, *quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet*, se *ad* scribendi *studium contulit. Ib.* Erat Italia tunc *plena artium* Graecarum ac disciplinarum, *studiaque haec* & in Latio *vehementius* tum *colebantur, quam nunc* iisdem in oppidis, & hic Romae propter tranquillitatem Reip. *non negligebantur. Ibid. Studium atque curas adhibere. Ib.* An tu existimas, aut suppetere nobis posse, quod quotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi *animos nostros doctrina excolamus? ib. Ita se literis abdiderunt. ib.* Si *quantum caeteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi & corporis conceditur temporis, quantum alii tribuunt tempestivis conuiuiis, quantum denique aleae, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia* recolenda *sumpsero. ib.* Si nihil ad percipiendam colendamque virtutem literis adjuuarentur, *nunquam se ad eorum studium contulissent. ibid. In eo studio aetatem consumpsi. Id. in Off.* Quidam *nimis magnum studium multamque operam in* res obscuras atque difficiles *conferunt*, easdemque non necessarias. *ibid.* A qua tamen saepe fit intermissio *multique dantur ad studia reditus. ibid.* Qui excellenti ingenio *doctrinae se dediderunt. ibid.* Ad quas igitur res aptissimi erimus, *in iis potissimum elaborabimus. ibid.* Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quae nostri ingenii non erunt, *omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia. ibid.* Duabus *his personis*, quas supra dixi, *tertia adjungitur, quam*

casus

casus aliquis vel *tempus imponit*? quarta etiam, *quam nobismet ipsis judicio nostro accommodabimus. Ibid. Se* alii ad Philosophiam, alii ad jus ciuile, alii *ad eloquentiam applicant. Ibid. Maximeque in eo* plerumque *elaborant* ii, qui magna sibi proponunt, obscuris orti parentibus. *Ibid.* Ante *implicatus aliquo certo genere cursuque viuendi*, quam potuit, *quod optimum esset, judicare. ibid. Quam quisque viam viuendi sit ingressurus. ib.* Parentum *praeceptis imbuti ad eorum consuetudinem moremque deducimur. ib.* Alii multitudinis *judicio feruntur*, quaeque majori parti pulcherrima videntur, *ea maxime exoptant*, nonnulli tamen, siue felicitate quadam, siue bonitate naturae, siue parentum disciplina *rectam vitae secuti sunt viam. ib. Quem potissimum vitae cursum sequi vellent. ibid. In omnibus, quod deceat, exquirimus. ibid. Illi quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est. ib. Doctrinae studiis & sapientiae dediti. ib. In ea tantum* me *operae & temporis ponere. ib. In* agendo *plus quam* in scribendo *operae poneremus. ib. In qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat. ib.* Nihil autem agere cum animus non posset, *in iis studiis ab initio versatus aetatis*, existimaui honestissime molestias deponi posse, si *me ad* Philosophiam *retulissem. ibid. Ad hoc nos studium potissimum contulissemus. ib.* Magna spectare & *ad ea rectis studiis debent contendere. ib. Nonnihil temporis tribuit* literis. *Nep. Cupidissimus literarum fuit — in iis progressum fecit. id. Attigit quoque* Poëticen — *ne ejus expers esset suauitatis. id.* v. *Operam dare, & seq. Tit.*

STUDIOSE AGERE. Corrigere mihi gnatum porro *enitere. Faciam sedulo* hercle. *Ter. Si aduigilaueris. Idem.* Digna res est, *vbi tu neruos intendas*

tuos.

tuos. Id. Satis diu hoc jam saxum volvo. Id. Mihi videre *praeter aetatem tuam facere, & praeter quam res te adhortatur tua. Id. Proinde quasi nemo siet, ita tute attente illorum officia fungere.* Nunquam tam mane egredior, neque tam vespere domum revertor, quin te *in fundo* conspicer *fodere, arare, aut aliquid ferre.* Denique *nullum remittis tempus, neq; te respicis. Id. Quod in opere faciundo operae consumis tuae, si sumas in illis exercendis, plus agas. Idem.* Phormio *itidem in hac re, vt in aliis, strenuum se praebuit hominem. id. Sudabis satis,* si cum illo inceptas homine, ea eloquentia est. *id. Opere maximo dabamus operam, vt* fieret. *id.* Qua quidem (gloria) detracta, judices, *quid est quod* in hoc tam exiguo vitae curriculo & tam breui, *tantis nos in laboribus exerceamus? Cic. in Or. Nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur. ibid.* Cum vsque ad extremum spatium *nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxeritis. ibid. Omnia prouisa, parata atque constituta sunt,* P. C. cum *mea summa cura ac diligentia,* tum *multo etiam majore* populi Romani. *ibid. In quo maxime laborandum. ibid.* Videte num dubitandum vobis sit, *omni studio ad id* bellum *incumbere. ibid. Quid enim nobis* duobus, judices, *laboriosius? quid magis solicitum, magis exercitum dici aut fingi potest? ib. Pugnatque* non *pro* salute communi, sed pro suis commodis. *Id. in Off. In quibus plus etiam, quam in his studiis operae ponendum est. ib. Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere,* si discendi labor est potius quam voluptas, *tantum fac vt efficius neue committas, vt, cum omnia suppeditata sint à nobis, tute tibi defuisse videare. ib. Pro* omnibus gentibus, si fieri possit, conseruandis aut

juuan-

juuandis *maximos labores moleſtiasque ſuſcipere. Ib.* Qui ſtadium, inquit, currit, *eniti & contendere debet, quam maxime poſſit, vt* vincat. *Ibid. Velis equisque,* vt dicitur. *Ib. Maxime nitebatur. Nep.* Cum *in* apparando *acerrime eſſet occupatus. Id. Quod tam cupide elaboraſſet. Idem. Ad* patriam liberandam *omni ferebatur cogitatione. Id. In* armis *plurimum ſtudii conſumere. Idem. Magis* etiam *conniti debeo. Curt.* v. *Studere.*

STULTUS. *Tu* pol *homo non es ſobrius. Ter. Tu me homo adigis ad inſaniam* profecto cum illo. *Idem. Faciunt* nae *intelligendo, vt nihil intelligant. id. Deliras. idem.* Haec ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quam ſi des operam, vt *cum ratione inſanias. id. Tardus es. idem. In me quiduis harum rerum conuenit, quae ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus; in illum nil poteſt: nam exſuperat ejus ſtultitia omnia haec. idem. Sanumne te credis eſſe? id. Ineptis. id. Me omnino lapidem, non hominem putas. id. Quae haec amentia eſt? id.* Filium narras mihi? *cujus de ſtultitia dici, vt dignum eſt, non poteſt. id.* Non modo nequam & improbos, ſed *& fatuus & amens es. Cic. in Orat.* Eadem *ira Deorum hanc* ejus ſatellitibus *injecit amentiam. ibid. Delirare & mente captum eſſe. Id. in Off. His nihil poteſt eſſe dementius. ib.* v. *Prudens.*

STUPRARE. Hac oportunitate annuli vſus reginae *ſtuprum intulit. Cic. in Off. Nec corporibus quidem vis ac libido parcebat. Curt. Ne quis captiuo corpori illuderet. id.* v. *Scortari.*

STYLO HUMILI. Quas antehac fecit fabulas, *tenui eſſe oratione & ſcriptura leui. Ter.* v. *Eloquens.*

SUA-

SVADERE. Si ex ea re plus mali est, quam commodi vtrique, id oro te, *in commune vt consulas. Ter. Auctor his rebus quis est? Id. Idne estis auctores mihi? Id.* Amici *omnes* modo *vno ore auctores fuere. Id.* Hunc video mihi *principem & ad suscipiendam & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. Cic. in Orat.* Pacis equidem *semper auctor fui. Id. Est vobis auctor* vir bellorum omnium, maximarumque rerum peritissimus P. Seruilius, cujus tantae res gestae terra marique extiterunt, vt, cum de bello deliberetis, *auctor vobis grauior esse nemo debeat. ibid. Qui consiliis ejus adhibebantur, coeant, quoties in commune consulto opus fuerit, eoque, quod major pars eorum decreuerit, stetur. Curt.* v. *Consulere, Persuadere.*

SUBDITUM FACERE. Hostes alienigenae aut *oppressi seruiunt*, aut *recepti beneficio se obligatos putant. Cic. in Orat.* Incolas ejus insulae *sub potestatem redigere* vellet Athenienſium. *Nep.* Ne qua repentina vis in ciuitate existeret, quae populi *libertatem opprimeret. Idem. Seruitute oppressas tenere* Athenas. *Id.* v. *Dedere.* it. *Domare.*

SUBLEVARE. *Vt aliqua pars laboris minuatur mihi. Ter.* v. *Auxiliari.*

SUCCEDERE. Speroque *hanc rem esse euenturam nobis ex sententia. Ter. Quae quidem illi res vertat male. id.* v. *bene Precandi form.*

SUDARE. *Sudore perfundi. Curt.* Subito *ex omnibus membris profuso sudore. id.* v. *Laborare.*

SUFFICERE. Duos olim pro re tolerabas tua, quod *satis putabas* tua bona ambobus *fore. Ter.* v. *Abundare.*

SUM-

SUMMATIM DICERE. *Si tantummodo summas attigero. Nep.* v. *Breuem esse.*

SUMPTUOSUS, SUMPTUS FACERE. Ancillas secum adduxit plus decem, oneratas veste atque auro. *Satrapes si siet, sufferre amator nunquam ejus sumptus queat, nedum tu possis. Ter.* Vt tuo amori *suppeditare* possit, *sine sumptu tuo. Id. Releui dolia omnia, omnes seras, omnes habui solicitos*; atque haec vna nox: *quid te futurum censes, quem assidue exedent. Id.* Cum *tolerare hujus sumptus non queat. Id.* Vbi videbit *tantos sibi sumptus domi quotidianos fieri, nec fieri modum. id.* v. *Impendere.*

SUPERARE. v. *Subditum facere.* it. *Vincere.*

SUPERBUS. *Hic me magnifice effero. Ter.* Quia paululum vobis accessit pecuniae, *sublati animi sunt. id. Eja vt elegans est!* credas *animum ibi esse. idem.* Quae (victoria) *natura insolens & superba est. Cic. in Orat. Quae ciuitas est* in Asia, *quae* non modo vnius imperatoris aut legati, sed *vnius* tribuni militis *animos ac spiritus capere possit. ibid. Homines inflati opinionibus. Id. in Off.* Pari cum ciuibus jure viuere, *neque submissum atque abjectum, neque se efferentem. ib. Opibus elatam. Nep. Elatius se gerere. idem. Tantum abfuit ab insolentia gloriae. id. Fortuna se animo ejus infuderat.* Itaque orientem eam *moderate prudenterque tulit*, ad vltimum *magnitudinem ejus non cepit. Curt.* Vereri se, ne auium modo, quas naturalis leuitas ageret ad sidera, *inani ac puerili mentis affectu efferret. ib. Haud sane aequo animo in suo se continens gradu. id. Haud contentus mortali fastigio. id.* Alexander *humanae sortis oblitus. idem. Inflabat* impios *animos* regio, cui praerant armis vi-

risque & ſpatio locorum *nulli* earum gentium *ſecunda. Id. Continentiam & moderationem in ſuperbiam ac laſciuiam vertebat. Id. Velut leuiora magnitudine ſua ducens,* Perſicae regiae *par* Deorum potentiae *faſtigium aemulabatur. Id. Superbiam habitus animi inſolentia ſequebatur. Ib. Qui modum hominis excederet. Id. Incidimus in ſuperbiam, nec Diis quibus ſe exaequat, nec hominibus, quibus ſe exemit, tolerabilem id.* Beſſus *ferox verbis* & parto per ſcelus regno *ſuperbus, ac vix potens mentis. idem.* Quonam modo *cæleſtes honores vſurparet*, cœpit agitare. *id.* Tu Macedonas *voluiſti genua tibi ponere venerarique te velut Deum. id. Animo ſuper faſtigium humanum elato. id. Ipſe animo infinita complexus* ſtatuerat &c. *id.* Modico ciuilique cultu, liberalis inprimis audituque facilis *nihil ex faſtu regio aſſumpſerat. idem.* v. *Humilis* it. *Modum &c.*

SUPERESSE. Quam gaudeo, vbi etiam *hujus generis reliquias reſtare video. Ter.* v. *Reliquus.*

SUPERSTITIOSUS. *Nulla res efficacius multitudinem regit, quam ſuperſtitio, alioqui impotens, ſaeua, mutabilis, vbi vana religione capta eſt, melius vatibus quam* ducibus ſuis *paret. Curt. Rurſus ad ſuperſtitionem, humanarum rerum ludibria, reuolutus. idem.* Vates *ſuperſtitione captus. id.* v. *Errare.*

SUPPETERE. Ea *quae ſuppeditant ad* cultum & ad victum. *Cic. in Off.* v. *Abundare.*

SUPPLEX. *Ad genua accidit. Ter. Vobis ſupplex manus tendit* patria communis. *Cic. in Or. Ego me* plurimis *pro te ſupplicem abjeci. ib.* Quod nos domi *petimus precibus & lacrymis, proſtrati ad pedes, non tam noſtrae cauſae fidentes, quam huius humanitati. Ibid.*

Ibid. Prouolutae ad pedes orare cœperunt. *Curt.* Sysigambis *aduoluta est pedibus ejus. Id. Genibus* Regis *aduoluitur. Id.* Num *genu posuit?* num *supplicem vocem misit? Id. Preces* deinde *suppliciter admouit.* Territi barbari è muris *supinas manus tendentes orare cœperunt*, iram in Satibarzanem reseruaret, *supplicibus* semet dedentibus *parceret. Id. Implorare al cujus fidem. Id.* Tu Macedonas *voluisti genua tibi ponere venerarique te vt Deum. id. v. Confugere.*

SUPPLICIO AFFICERE. v. *Punire.*

SUSPICARI, SUSPECTUS. *Ex ipsa re mihi incidit suspicio. Ter. Qui istaec tibi incidit suspicio? idem. Prorsus à me opinionem hanc tuam esse ego amotam volo. id. Multa concurrunt simul, qui conjecturam hanc nunc facio. id.* Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias, ita vt fit, vbi quid in animo est molestiae, *aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in pejorem partem.* Quid opus est verbis? dum haec puto, praeterii imprudens villam. *id. Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant:* occasio, locus, aetas, mater. *id. In eum suspicio est translata* amoris. *id. Tanta nunc suspicio de me incidit. id.* Non clam me est, gnate mi, *tibi me esse suspectam id.* Multi etiam haec timentes *in suspicionem caderent. Cic. in Orat. In suspicionem incidit* regni appetendi. *ibid.* Sibi vocem praeconis modo defuisse, quam maxime desiderarit, populi vero cunctis suffragiis, quod vnum cupierit, se consulem declaratum. Nunc denique si haec arma contra se sint futura, *sibi facinoris suspicionem, non facti crimen obstare. ibid.* Nunc *venio ad* grauissimam querelam & *atrocissimam suspicionem tuam. ibid. Si tibi ita penitus insedisset ista suspicio,*

nullo vt euelli modo possit. Ibid. In exulcerato animo facile fictum crimen insidet. Ibid. Eique in suspicionem venisset. Nep. Suspectum reddere. Idem. Ne quam suspicionem pararet. Id. Suspicionem injiciunt hostibus. *Id.* Hannibalem *in suspicionem* regi *adducerent. id.* Vbi explorare vera non possunt, *falsa* per metum *augurantur. Curt.* Ob haec ipse amantis *animus in* solicitudinem *suspicionemque reuolutus est. id. Paulatim in plures cœpit manare suspicio. idem.* v. *Criminari.*

SUSTENTARE. Illanccine mulierem *alere cum illa familia? Ter. Quos* P. Clodii furor rapinis & incendiis, & omnibus exitiis publicis *pauit. Cic. in Or.* v. *Patronus.*

SYLVA. *Syluestres esse colles, vix singulis peruios, omnia contegi frontibus, implexosque arborum ramos syluas committere. Curt. Nemus praealtis densisque arboribus vmbrosum est*, pingue vallis solum rigantibus aquis, quae ex petris eminentibus manant. *idem.* Juga montium *praealtae syluae rupesque inuiae sepiunt. id. Multis arboribus obsita. id.* Erat insula in flumine amplior caeteris, *syluestris eadem & tegendis insidiis apta. id. Syluae erant prope in immensum spatium diffusae, procerisque & in eximiam altitudinem editis arboribus vmbrosae. id.* Insula *palmetis frequentibus consita. id.* v. *Cingere, Desertum, Vmbrosus.*

T.

TACERE. Obstupui, *censen' vllum me verbum potuisse proloqui, aut vllam causam, ineptam sabtem, falsam, iniquam? obmutui. Ter.* Itaque hercle *nihil jam mutire audeo. Id. Missa istaec fac. idem. Mutus illico. id.* Tu pol si sapis, *quod scis, nescis. Idem.*

Idem. Reprimam me, ne aegre quicquam ex me audias. Id. Mitte ista, atque ad rem redi. *Id. Quoquo pacto tacito opus est. Id.* Sed *me repressi* tamen, *ne quid de* fratre garrulae *illi dicerem ac fieret palam. Idem. Id omitto. id. Tu nescis quod scis*, Dromo, si sapies. *id. De* jurgio *siletur. id. Os opprime. id. Quid ego nunc commemorem*, Demipho, *singillatim* qualis in istum fuerim. *idem.* Scientiam pene diuinam *tacitus nullo modo praeterire potest. Cic. in Or.* Sed *jam hoc totum omitto. Nec quidem haec colligo*, quae fortasse valerent etiam apud judicem. *ibid. Sinite* hoc loco *praeterire me* vestram calamitatem. *ibid. Commissa celare. Nep.* More quodam Persarum, *arcana* Regum *mira celantium fide. Non metus, non spes elicit vocem, qua prodantur occulta. Curt. Non vox ulla excidit ei. id.* Vt affirmet jurejurando, *quae commisisset, silentio esse tecturum. idem.* Insidias biduo *texit. id.* Nec caeteri dubitabant, quin conjurationis *indicium suppressurus* non fuisset, nisi auctor aut particeps. *id.* Philotam *consumpto per ludum jocumque pene toto die, grauatum esse pauca verba ad* caput regis *pertinentia, tam longo & forsitan superuacaneo inserere sermoni. idem.* Vt consilium *silentio premerent. id. Quorum mentionem adhuc reformido*, & tanquam salui esse possint, *nominibus abstineo. id.* Qualis ergo animi vobis videtur, qui hujus rei delatum indicium *id ipsum suppressit. id.* Non attollere oculos, *nox hiscere audebat. id. Aliis nominatis, me vnum subtrahebat. idem.* Quam cladem Alexander *solerti consilio texit*, morte denunciata iis, qui ex praelio venerant, si *acta vulgassent. idem. Silentium habuere* seniores. *id. Illis ad silentium obstinatis. id.*

Cum animo videretur imperaturus, si *finem* procaciter orso *sermoni* Clytus *imponeret*. *Id.* Quae ad me pertinent *transeo*. *Id.* *Nec sic quidem vlli* militum *vox exprimi poterat*. *Id.* Velut in vasta solitudine *omnia tristi silentio torpebant*, *ad cogitationes*, quid deinde futurum esset, *dolore conuerso*. *Id.* Concio primo *silentium* velut jussa *habuit*. *id.* v. *Loqui*.

TÆDET. Neque ægri, neque vrbis *odium me vnquam percipit*, *vbi satietas cœpit fieri*, commuto locum. *Ter.* Dum aetatis tempus tulit, perfuncta satis sum: *satietas jam tenet studiorum istorum*. *idem*. v. *Poenitet*.

TANGERE. Non sunt ausi *manus illi admouere*. *Curt.* v. *Abstinere*.

TARDUS. Cauendum est, ne aut *tarditatibus vtamur* in gressu mollioribus, *vt pomparum ferculis similes esse videamur*, aut in festinationibus *suscipiamus nimias celeritates*. *Cic. in Off.* *Tardum & pene immobile animal* equorum *velocitatem aequare non poterat*. *Curt.* v. *Festinare*.

TEGERE. Laeua pars *ad* pectus *est nuda*, *caetera inde velantur*. *Curt.* v. *Abscondere*.

TELA JACTARE. Nihil tutius est, quam circumdatos ejus exercitu toto *obrui telis*. *Curt.* *Tela* vt erant *emissa*. *idem*. *Vano ictu pauca* (*tela*) *in hostem*, *plurima in humum innoxia cadebant*. *id.* Non *tormenta* nisi è nauibus *procul excussa emitti poterant*. *id.* *Missilibus* quoq; qui pro opere stabant, *incessere*. *id.* Vnus *praecipue telis petebatur* — *Sagitta ictus est*. *id.* Interiora quoque vrbis *infesta telis erant*. *id.* Fundis quoque excussi lapides & *sagittae ingerebantur vndique*. *id.* *Tela injiciunt in* hostem, multisque confossum

sum vulneribus reliquerunt. *idem.* Procul *missilibus appetebatur, ea ipsa in hostem retorquens,* donec lancea nudo pectori infixa est. *Id. Occultis telis hostem lacessebant. Id. Adeo certo ictu destinata feriebat,* vt aues quoque *exciperet. id.* Nec *tela* quidem conati *nisu vibrare* poterant, cum prior standi sine periculo, quam *hostem incessendi* cura esset. *Tormenta saluti fuerunt,* quibus *in confertos* ac temere se offerentes *haud frustra excussa sunt tela.* Barbari quoque *ingentem vim sagittarum infudere* ratibus. *id. Fundis & sagittis propugnantium* plerosque *dejecit. idem. Excussa tormentis tela emicabant. id. Sagittae, quas emittunt majore nixu, quam effectu. idem.* Quidam è muro *sagitta* Alexandrum *percussit. id.* Sed cum *superne* barbari *tela ingererent,* saepius ipsi vulnerabantur, quam vulnerabant. *idem. Tela multo ante praeparata in circumfusos ex* elephante suo *cœpit ingerere,* multisque eminus vulneratis, *expositus ipse ad ictus vndique petebatur. id. Telum,* quod vnum non effluxerat, *contorsit in eum. id. In ipsum* Porum *tela congesta sunt, queis* tandem *grauatus, labi* ex bellua *cœpit. id.* v. *Interficere.*

Temerarius. Ego te autem noui, *quam* esse soleas *impotens. Ter.* Partim *cupiditate inconsiderata,* partim *caeco* quodam *timore. Cic. in Orat. Praeceps amentia. ibid.* Multi *multa faciunt temeritate quadam, sine judicio vel modo,* in omnes *vel repentino quodam quasi vento impetu animi incitati. Id. in Off. Qui appetitus longius euagantur & tanquam exultantes* siue cupiendo, siue fugiendo *non satis ratione retinentur,* hi sine dubio *finem & modum transeunt. ib. Praeceps temeritas. Curt.* Nihil ex omnibus *incon-*

sulte ac temere actis regem magis mouerat. *id. Vicit cupido rationem. id.* Destinatus forti suae & jam *nullius salubris consilii patiens. Id.* v. *Imprudens.*

TEMPERANS. *Solitosque paruo ac parabili victu adimplere naturae desideria. Curt.* Iracundiam & cupidinem vini vt juuenta *irritauerat*, ita senectus *mitigare potuisset. id.* v. *Parcus.*

TEMPESTAS MALA. Primus dies quietum iter praebuit, proximus ei nondum quidem *procelloſus & tristis, obscurior* tamen pristino, *non sine minis crescentis mali damno praeteriit.* Tertio *ab omni parte cœli emicare fulgura, & nunc internitente luce, nunc condita, non oculos modo* meantis exercitus, *sed etiam animos terrere cœperunt. Erat prope continuus cœli fragor & passim cadentium fulminum species viscebatur: attonitusque auribus stupens* agmen *nec progredi nec considere audebat. Tum repente imber grandinem intexuens torrentis modo effunditur. Curt.* Cum *vndique tempestatis violentia major, quam vitabatur, occurreret. id. Tempestatibus procellisq; coortis* cum toto exercitu *oppressus erat. id.* v. *Pluere.*

TEMPORI INSERVIRE. Semper *ex ancipiti mutatione temporum pendens. Curt.* Vt sunt Graecorum *temporaria ingenia. id.* Iidem paulo ante incertae famae captauerant auram, vt *quocunque pendentes animos tulisset fortuna, sequerentur. idem.* Ignoro, quomodo & animo meo & *tempori paream. idem.* v. *Accommodare.*

TEMPORIS DIFFERENTIAS ET DECURSUM EXPRIMENDI FORM. *Sub lucis ortum. Curt. Medio die. id. Inclinato in vesperam die. id. Nox vergit ad lucem. id. Sub ipsum diei ortum. id. Postquam*

ad

ad te venit, *mensis agitur hic jam septimus. Ter.* v. *Mane.* it. *Vesperi.*

TEMPUS CONSTITUERE. Hic nuptiis *dictus est dies. Ter. Tibi* quidem *olim est dies*, quam adderes huic, *praestituta. Id.* v. *Praescribere.*

TEMPUS HABERE, NON HABERE. Quae nunc *non est* narrandi *locus. Ter. Ne vacuum esse me nunc ad* narrandum *credas. Id. Temporis punctum mihi ad hanc rem est. Id.* v. *Occasionem &c.*

TEMPUS IMPENDERE. v. *Impendere.* Cursando atque ambulando *totum hunc contriui diem. Ter.* Hunc diem *misere nimis perpetuum*, vt coepi, *cupio in* laetitia *degere. id. In* apparando *consumunt diem. idem.* Cum *omnem aetatem in* pop. Rom. bellis *consumptam esse* meminisset. *Cic. in Orat. Omne tempus illud* literis sermonique Persarum *dedit. Nep.* Ludi etiam conuiuales *extraxere tempus. Curt.* Tredecim *dies in* obsequium desiderii ejus *absumpti sunt. idem. Consumere per* ludum jocumque *pene totum diem. id. Inter has* preces *tota nox exacta est. id.* Ad desiderium leuandum *noctes inter* pellices *agere coepit. id.* v. *Studere, Studiose agere.*

TEMPUS VENIT. *Illuxit* à medico *destinatus dies. Curt.* v. *Futurum esse.*

TENEBRÆ SUNT. Cum subito *spissae nubes intendere se coelo, & quicquid lucis internitebat effusa caligine extinctum est. Curt. Obductae coelo nubes condidere solem. id.* Primo *caligine, quam fumus effuderat, obscurante lucem* insidiarum metu substitit. *id. Caligo, quam* circa humidi *effuderant* montes, *vniuersam quidem rei faciem non abstulit*, caeterum agminum discrimina atque ordinem *probibuit perspici. id.*

Prospectum oculorum nubes pulueris, quae ad cœlum ferebatur, *abstulerat. Id. Obscura cœli verius vmbra, quam lux, nocti similis premit terram, vix vt quae prope sunt conspici possint. Id. Nitor* siderum *caligine absconditur. Id.* Noctu demum, cum *obscuritas conspectum oculorum ademisset. Id. Nunc internitente luce, nunc condita. Id. Lucem, naturale solatium, praeter tempestatem haud disparem nocti,* syluarum quoque *vmbrae suppresserant. id. Adeo spissae intendere se nubes, vt conderent lucem, vixque colloquentium inter ipsos facies noscitarentur. id. Obducta nox cœlo. id. Caliginem ac tenebras & perpetuam noctem profundo incumbentem. id.* v. *Caligo, Tempestas mala.*

TENTARE. Qui scis ergo isthuc, nisi *periculum feceris. Ter. Fac periculum in* literis, fac in palaestra, in Musicis, quae liberum scire aequum est adolescentem, solertem dabo. *id. Omnia prius experiri verbis,* quam armis, sapientem decet. *id.* Cum *experiri* vellet ciuium *animos. Curt.* Tutissimum ex praesentibus videbatur *expectare* potius, quam *mouere fortunam. id.* v. *Experiri.*

TERRERE. Adolescentiaeque suae *terrorem intulerit ei. Cic. in Orat.* Temere *à me tantus tumultus injectus* ciuitati. *id.* Nationes multae atque magnae *nouo quodam terrore ac metu concitabantur. ib.* Quae quamuis etiam mediocrium delictorum *conscientiam perculissent. ib. Quid vultu extimuistis?* quonam modo ille *vos* vivus *afficeret,* qui mortuus *inani cogitatione percussit. ibid. Cuncta pauore compleuerat. Curt. Solicitusque sub ipsum tanti discriminis casum ingens religio & ex ea formido quaedam incussa est. id.* Macedonum *animis subitam incutere formidinem.*

Idem.

Idem. Ingenti per tota castra *terrore diffuso. Idem.* Praesentis periculi species *omnium simul corda animosque perstrinxerat horrore. Id. Adeo omnem sensum territu* fortuna *penitus excusserat, vt nec* hostium paucitatem, nec multitudinem suam *satis cernerent. Id.* Scelerati *conscientia obstrepente, cum dormire non possint, agitant eos furiae. Id.* Qui haud sane auctoritate proficiens apud obstinatum animum, *superstitionem, cujus potens* Rex *non erat, incutere tentauit. Id. Ingens* nauigantes *terror inuaserat. Id.* Abire è conspectu jubet, *addito metu* mortis. *idem.* Hinc hostis, hinc amnis *capacia quidem bonae spei pectora,* & saepe se experta, *improuiso* tamen *pauore percusserant. id. In* vicina oppida *ingentem intulere terrorem. id.* Macedones, qui omni discrimine jam defunctos se esse crediderant, posteaquam integrum bellum cum ferociss imis Indiae gentibus supereſſe cognouerunt, *improuiso metu territi. id. Tantum in* exercitum suorum *intulere terrorem. id.* Cum subito *nouus & pristino major terror incutitur. id.* Has cogitationes voluentibus nox superuenit, *terroremque auxit. id.* Mortis, *cujus metus caeteros exanimat,* perpetua contemptio. *id.* v. *seq. Tit.*

TIMERE. *Trepidari* sentio, *cursare rursum prorsum. Ter.* Vxorem Philumenam *pauitare nescio quid* dixerunt. *id. Non* simultatem meam *reuereri saltem?* Non pudere? *id.* Postquam ad judices ventum est, non potuit cogitata proloqui, *ita eum tum timidam obstupefecit pudor. idem.* Cum in omnibus causis grauioribus, C. Caesar, initio dicendi *commoueri* soleam *vehementius*, quam videtur vel vsus vel aetas mea postulare, tum in hac causa ita *me multa*

per-

perturbant, vt quantum mea fides studii mihi affert ad salutem Regis Dejotari defendendam, *tantum facultatis timor detrahat. Cic. in Orat.* Si edictum Praetoris ostendero, *concident. Ibidem. Debilitatus atque abjectus, conscientia conuictus* repente conticuit. *ib. Tum subito ille scelere demens, quanta vis conscientiae esset, ostendit. ib.* Cum T. Annius Milo ipse magis de Reip. salute, quam *de* sua *perturbetur*, me ad ejus causam *parem animi magnitudinem afferre non posse. ib.* Tamen haec noui judicii noua forma *terret oculos. ib.* Rumorem, fabulam fictam, falsam *perhorrescimus. ib.* Tuas Cn. Pompeji -- suspiciones *perhorrescemus. ib. Timidis & omnia circumspicientibus pericula. ibid.* Nec vero vlla vis imperii tanta est, quae *premente metu* possit esse diuturna. *Id. in Off. Cruciatu timoris angi. ibid.* Dolorum cum admouentur faces, *praeter modum plerique exterrentur. ib.* Ne cognita filii morte *animi debilitarentur* militum. *Nep. Nunquam* in campo *sui fecit potestatem. id. Omnibus titubantibus, & de rebus summis desperantibus. id* v. *Metuere.* it. *Terrere.*

TITULUM DENEGARE. Tum Macedones diuinos *honores negasse ei* poenitebat, *impiosque & ingratos fuisse se confitebantur, quod aures ejus debita appellatione fraudassent. Curt.* v. *Honorare.*

TOLERARE. Neque *id aegre tulit. Ter.* Si te *aequo animo ferre* accipiet. *id.* Hauccine ego contumeliam tam insignem *in me accipiam*, Gnatho? *id.* Matris *ferre injurias* me, Parmeno, pietas jubet. *id.* Vxori obnoxius sum, ita olim *suo me ingenio pertulit. id.* Multa ex quo fuerint commoda, *ejus incommoda aequum est ferre id.* Non tu *incommodam rem, vt*

quae-

quaeque est, in animum inducas *pati*? *Id.* Quando eum quaestum occeperis, *accipienda & mussitanda injuria* adolescentum *est*. *Idem. Omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues. Id.* Quod fors ferat, *feremus aequo animo. Idem.* Omnes cum secundae res sunt maxime, tum maxime meditari secum oportet, quo pacto *aerumnam aduersam ferant. Id.* Mihi quidem si haec conditio consulatus data est, vt *omnes acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem, feram non solum fortiter, sed etiam libenter*, dum modo meis laboribus vobis, populoque Rom. dignitas salusque pariatur. *Cic. in Or. Quaecunque mihi praeponetur fortuna, subeatur. ibid.* Quae ciuitas est in Asia, quae non modo vnius imperatoris aut legati, sed vnius tribuni militis *animos ac spiritus capere possit. ibid.* Nescio quomodo *jam vsu obdurauerat & percalluerat* ciuitatis *incredibilis patientia. ib.* Instabat, vrgebat, *capere ejus amentiam* ciuitas, Italia, prouincia, regna *non poterant. ib.* v. *Modum seruare.* it. *Dolere.*

TOLLERE, NON TOLLERE. Haec verba mehercule vna falsa lacrymula, quam oculos terendo misere vix vi expresserit, *restinguet. Ter. Exhaurietur ex* vrbe tuorum comitum magna & pernicioſa sentina Reip. *Cic. in Orat.* Spem Catilinae *mollibus sententiis aluerunt*, conjurationemque nascentem non credendo *corroborauerunt. ib.* Hoc vno interfecto, intelligo hanc Reip. pestem *paulisper reprimi posse. Quod si se ejecerit, secumque suos eduxerit, & eodem caeteros* collectos naufragos *aggregauerit, extinguetur atque delebitur* non modo haec tam adulta Reip. pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium.

um. *Ibid.* *Neque vlla profecto tanta vis reperietur, quae* conjunctionem vestram equitumque Rom. & tantam conspirationem bonorum omnium *perfringere ac labefactare possit.* *Ib.* Qui aedem Nympharum incendit, vt *memoriam* publicae recensionis tabulis publicis impressam *extingueret.* *Ibid.* Hunc ipsum annum, hoc summo viro consule, *concussa hominum licentia, cupiditatibus fractis, legibus & judiciis constitutis,* salutarem ciuitati fore. *Ib.* Officium omne *peruertunt.* *Id. in Off.* Quamuis enim *demersae* sint leges alicujus opibus, quamuis *tremefacta* libertas, *emergent tamen haec aliquando,* aut judiciis tacitis, aut occultis de honore suffragiis. *ibid.* Quae sententia omnem societatem *distrahit* ciuitatis. *ib.* *Dirimunt* communem humani generis societatem, qua *sublata,* beneficentia, liberalitas, bonitas, justitia *funditus tollitur.* *ibid.* Ab iis constitutam inter eos societatem *euertunt.* *ibid.* Nulla igitur vis religionis fuit, quae tantam vtilitatem *peruerteret.* *ibid.* Fraus *distringit, non persoluit* perjurium. *ib.* Quare luxuria *reprimeretur,* quae jam tum incipiebat *pullulare.* *Nep.* Non posse eam contumeliam *extingui.* *id.* Regia potestate *dissoluta.* *id.* v. *Perdere.*

Tonare. At quem Deum? qui *templa cœli summa sonitu concutit.* *Ter.* Tertio die *ab omni parte cœli emicare fulgura.* *Curt.* *Erat prope continuus cœli fragor, & passim ea cadentium fulminum species visebatur,* attonitisque auribus stupens agmen nec progredi nec consistere audebat. *idem.* v. *Tempestas mala.*

Tondere. Reliquam oris cutem *ad leuitatem exaequant.* *Curt.* v. *Lauare.*

Tor-

TORQVERE. Omnes *quaestionem de eo*, vt participes sceleris indicare cogeretur, *habendam esse* decernunt. *Curt. Tormentis veritatem exprimendam esse* dixerunt. *Idem. Per vltimos cruciatus*, vtpote damnatus & inimicis in gratiam Regis *torquentibus, laceratur. id.* Rursus *tormentis admotis*, cum ipsi quoque hostes os oculosque euerberarent, *vt hoc quoque crimen confiteretur, expressere. Id.* Duces exercituum duorum *in equuleum impositi. Id. Jamque corpori tormenta admouebantur. Id.* v. *Cogere, Cruciare.*

TRACTARE BENE, MALE. *Cœna dubia apponitur.* Quid istuc verbi est? *vbi tu dubites, quid sumas potissimum. Ter. Indignis* cum egomet sim *acceptus modis. id.* Si attigisses, *ferres infortunium. id. Ornandus esses ex tuis virtutibus. id.* v. *Conuiuari.*

TRADERE. Vtrique mortem est minitatus, nisi sibi hortorum *possessione cessisset. Cic. in Or.* v. *Committere.*

TRADUCERE. v. *Calumniari.*

TRANSIRE. It. *Transitu prohibere.* Quem nondum Euphratem *superasse* cognouerat. *Curt.* Sex millia data, quibus hostem *transitu* amnis *arceret. id. Ad inhibendum transitum. id.* v. *Nauigare.*

TRIBUERE, NON TRIBUERE. Bellicas laudes solent quidam *extenuare verbis, easque detrahere* ducibus, *communicare cum* militibus, *ne propriae sint* imperatorum. *Cic. in Or. Maximam partem quasi suo jure* fortuna *sibi vendicat, & quicquid est* prospere gestum, *id pene omne ducit suum. ib.* Diuitiis *ornauit* Athenienses. *Nep.* v. *Consistere &c.*

TRISTIS. v. *Dolere.*

TRUCIDARE. v. *Interficere.* Tu-

TUMULTUARI. Di vostram fidem, *quid turbae est apud* forum? *quid illic hominum litigant. Ter. Foras simul omnes proruunt se*, abeunt lauatum, *perstrepunt, ita vt fit, domini vbi absunt. Id. Ne quam ille* hodie *insanus turbam faciat* aut vim Thaidi. *Idem.* Crede hoc meae fidei, *dabit hic aliquam pugnam* denuo. *id. Si jam satis debacchatus es. idem. Quos mihi ludos redderet. id.* Si qui exire volunt, consulere sibi possunt, qui vero in vrbe *se commouerit. Cic. in Orat. Honores, quos quieta Rep. desperant, perturbata consequi posse arbitrantur. ib. Clamor hinc* expectare, hinc ire jubentium, *dissonaeq; voces nunquam ad vnum tendentium, non oculorum modo vsum abstulerant, sed etiam aurium. Nec in* gubernatoribus *quidem quidquam opis erat, quorum nec audiri vox à tumultuantibus poterat, nec imperium* à territis incompositisque *seruari. Curt. Discors exercitus, nec ad vnum intentus imperium, vario tumultu cuncta turbauerat. id.* Circa Meleagrum frequens globus erat, *in seditionem ac discordiam versa concione. id.* v. *Seditionem mouere.*

TURBAS DARE. v. *Tit. praeced.*

TURPIS. Illumne obsecro *inhonestum hominem,* quem mercatus est heri, *senem, mulierem? Ter. Cadaueroſa facie. id.* Quid ego Hostiense commodum atque *illam labem atque ignominiam* Reip. querar? *Cic. in Orat. Quae si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri? Id. in Off. Id nostris moribus nefas habetur. Nep. Nemini in* iisdem gentibus (*id*) *fuit turpitudini. id.* Quae omnia *apud nos* partim *infamia*, partim *humilia atque ab honestate remota*

remota ponuntur. Id. Musicen nostris moribus *abesse* à principis *persona*, saltare *etiam in vitiis poni. idem.* v. *Decere.*

TUTUS. Nunc *hujus periculo sit, ego in portu navigo. Ter. Omnis res jam est in vado. Id.* Simul alia circumspecto, *satin' explorata sint. Id. Nihil tibi est à me periculi. Id. In tuto est omnis res. Id.* Triumpho, si *licet mihi latere tecto abscedere. Id.* Sic habent principia sese, vt dico, *adhuc tranquilla res est. idem.* Vita vt *in tuto foret. Id.* Hla corrupta seruitus si *non modo impunita fuerit, sed etiam à tanta auctoritate approbata — nulli parietes* nostram *salutem, nullae leges, nulla jura custodient. Cic. in Or. Non jam inter latera nostra sica illa versatur. ib. Periculum est depulsum. ib. Vacua* mortis *periculo atque insidiis. ib. Quod* enim fanum *putatis* in illis terris nostris magistratibus *religiosum*, quam ciuitatem *sanctam* fuisse? *ib.* Innocentia *tecti. ibid.* Id enim est proprium, vt supra dixi, ciuitatis atque vrbis, vt sit libera & *non solicita suae rei cujusque custodia. Id. in Off.* Potest autem imperio, quod *gloria debet esse fultum & beneuolentia sociorum*, vtile esse odium & infamia? *Ibid.* Legationis jure *satis tectum se arbitraretur*, quod *apud omnes* gentes *sanctum esse consuesset. Nep. Ne quid à tergo, quod destinata impedire posset, moueretur. Curt.* Loci *religione defensus. id.* v. *Securus.*

TYRANNUS. *Iis, qui vi oppressos imperio coërcent, sit sane adhibenda saeuitia, vt herus in famulos*, si aliter teneri non possunt. *Cic. in Off.* v. *Crudelis.*

V.

VACAT. v. *Occupatum esse.* It. *Otiosus. Facere ne vacet.* Otiosae peregrinationi *tempora exemerat. Curt.*

VADUM. Tandem *qua leniore tractu amnis aperit vadum*, emersere. *Curt.* v. *Fluere.*

VAGARI. Hominem mercede conductum *omnia habere venalia, sine pignore, sine lare, terrarum orbis exulem*, ancipitem hostem, *ad nutum licentium circumferri. Curt. Incomposito agmine solutisque ordinibus*, Attinus *praedabundus sequebatur. id. Ordinibus solutis per* totum saltum *errabundum agmen ferebatur. id.* Vano metu territi, per obscuras semitas *alius alii occurrantes*, inuicem suspecti & soliciti *ferebantur. id. Lymphatos ferri agique* arma jacientes. *id.* v. *Habitare.* it. *Proficisci.*

VALERE, Gelten. Salua res est, nimirum *hic homines frigent. Ter.* Perfice hoc precibus, pretio, vt *haeream in parte aliqua tandem apud* Thaidem. *idem.* Experimini *in vtramque partem* ingenium *quid possit* meum. *id. Non hoc de nihilo est. id.* Mea lege vtar, vt *potior sit*, qui prior ad dandum est. *id. Nullus locus relinquatur* preci. *id.* Quae *mihi ad* spem obtinendae veritatis *grauissima sunt, ad* motum animi & omnem impetum dicendi contentionemque *leuiora. Cic. in Or. Non habet* enim *vim* ista accusatio. *ibid. Meorum periculorum rationes* vtilitas Reip. *vendicat. ibid. Silent* leges inter arma. *ib. Jacent* suis testibus. *ib. Magna vis est* conscientiae, judices, & *magna in vtramque partem. ibid.* Exilium ibi esse putat, vbi virtuti *non sit locus. ib.* Quae vt concurrant omnia, optabile est, sin plures minus causae majoresque *ponderis plus habebunt. Id. in Off.* Objurgationes in amicis *vigent maxime. ib. Magnam vim esse in* fortuna *in vtramque partem*, vel secundas ad res, vel aduersas, quis ignorat? *Ib. Ad* fidem faciendam justitia *plus pollet. ib.* Intelligentiae justitia conjuncta *quantum volet*

volet, habebit ad faciendam fidem *virium.* Justitia sine prudentia *multum poterit*, sine justitia *nihil valebit* prudentia. *Ibid.* Non est id quidem dubium, quin contentio orationis *plurimum possit, & majorem vim habeat ad* gloriam. *Ibid.* Vt omnia ex altera parte collocata *vix minimi momenti instar habeant. Ibid.* Cum igitur id, quod vtile videtur in amicitia, cum eo, quod honestum est, comparatur, *jaceat* vtilitatis *species, valeat* honestas. *ib. Tanta vis est* honesti, *vt speciem* vtilitatis *obscuret. ib.* Quod per vim hostium esset actum, *ratum esse non debuit. ib.* Vbi primum prudentiae *locus dabitur. ib.* v. *Potens, Auctoritatem habere.*

VALETUDO. v. *Convalescere.*

VARIARE. *Eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis. Cic. in Or.* v. *Mutare.*

VASTARE. Armis hostium vrbes — *esse deletas. Cic. in Or.* De *euertendis* autem *diripiendisque* vrbibus. *Id. in Off.* Carthagine *euersa. ib.* Cum copiosissimam vrbem *funditus sustulisset. ib. Igne ferroque* Ciliciam *vastat, vt* hosti *solitudinem faciat: Quicquid vsui esse potest, corrumpit; sterile ac nudum solum, quod tueri nequibat, relicturus. Curt.* Domitae nuper Baeotiae & vrbis in ea nobilissimae *ad solum dirutae. id.* Deum templa *ruinis & ignibus esse deleta. id. Omni clade vastauit. id. Exhauriendas esse* regiones. *id.* Cum Darius *terras vreret*, vicos *excinderet, alimenta corrumperet. id.* Omnia tam diuturno bello *exhausta* post tergum *sunt. Non incolas suos vrbes, non cultores habent terrae. id.* Lucos quoque sacros *non caedunt modo, sed etiam exstirpant, vt vasta solitudo & sterilis humus*, excussis etiam radicibus, *linqueretur. id.* Non vt *funditus euerterem* gentes,

nec vt dimidiam partem terrarum *solitudinem facerem. Idem.* v. *Destruere.*

VATICINARI. Facile existimari possit, *prudentiam quodammodo esse diuinationem.* Non enim Cicero ea solum, quae viuo se acciderunt, *futura praedixit*, sed etiam, *quae nunc vsu veniunt, cecinit vt vates. Nep. Editam esse oraculo sortem. Curt. Diuinatio animi praesagientis. Id.* Non ita *augurabantur. Id.* Cum mulier *attonitae, vt creditum est, mentis*, conuersari in regia solita, quia *instinctu videbatur futura praedicere. Id.* v. *Praeuidere.*

VELLE. Diis ego immortalibus ducibus *hanc mentem suscepi. Cic. in Orat.* v. *Cupere.*

VENARI. *Venantium modo latibula sectatus plerosque confodit*, ad vltimum circuire saltum milites jubet, vt, *si qua pateret, irrumperet. Curt. Agitari vndique feras* jussit. *id.* v. *Persequi.*

VENDERE. *Hastam in foro ponere & bona* ciuium *voci subjicere praeconis. Cic. in Off.* v. *Lucrari.*

VENENO INFICERE. *In* aqua frigida *venenum habentes*, eam praegustatae *potioni* regis *supermiserunt. Curt.* Hoc per Cassandrum allatum, traditumque fratri Jollae, & ab eo *supremae* Regis *potioni inditum. id.* Stygem appellant fontem, *ex quo pestiferum emanat virus. id.* v. *Insidiari.*

VENERARI. Haec cum rationem ineas, quam sint suauia, & quam cara sint, ea qui praebet, *non tu hunc habeas plane praesentem Deum? Ter.* v. *Honorare.*

VENIAM PETENDI F. *Quaeso* hercle *vt liceat, pace quod fiat tua*, dare huic quae volumus, conuenire & colloqui. *Ter.* v. *Excusandi f.*

VENIRE. *Haud auspicato huc me appuli:* nam pol si id

si id sciſſem, *nunquam huc retuliſſem pedem. Ter.* Quid geſtiam, aut quid laetus ſim, *quo pergam, vnde emergam. Id. Ad te exſilui. Id. Lupus in fabula. Id. Eccum ipſum video in tempore huc ſe recipere. idem.* Ipſae ferae nullo inſequente ſaepe *incedunt*, ſic cum tu aedes proſcribas, *tabulam, tanquam plagam ponas*, domum propter vitia vendas, *in eam aliquis incurrat imprudens. Cic. in Off.* Poſſit *in* locupletium teſtamenta *nomen ejus irrepere. ib.* Cum *acceſſiſſet* Lemnum. *Nep.* v. *Ire.*

VENTUS FLAT. Hic *ventus à* ſeptentrionibus *oriens aduerſum tenet* Athenis proficiſcentibus. *Nep.* Ii *venti, cohibiti jugis* montium, *ad interiora non penetrant, in* alendis frugibus *mites. Curt.* v. *Oriri.* it. *Verſus.*

VENUSTUS. Dixin' ego *in hoc eſſe* vobis *Atticam elegantiam? Ter.* v. *Eloquens.*

VER. *Cœli quoque mira temperies, verno tempori maxime ſimilis*, omnes anni partes pari ſalubritate percurrit. *Curt.* Cum, *niue diſcuſſa, aperiri humus cœpit*, cœlo ſolique redduntur. *id.* v. *Tempeſtas mala.*

VERAX. *Nunquam affirmatio ejus fefellerat. Curt.* v. *Verus.*

VERBERARE, RI. *Verberibus te in* piſtrinum, Dave, *dedam vſque ad necem. Ter.* Nunc ſi detur mihi, vt ego *vnguibus* facile *illi in oculos inuolem* venefico. *id. Si illam digito attigeris vno, oculi illico effodientur*, vſque adeo ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba, verba dum ſunt; verum, *ſi ad rem conferentur, vapulabit. id. Male mulctabo ipſam. id. Diminuam ego caput tuum* hodie, niſi abis. *id. Vix me contineo, quin inuolem in capillum. id.* Ne mora ſit, ſi innuerim, quin *pugnus continuo in mala haereat. id.*

Geminabit, nisi caues. *Id.* Si molestus pergis esse, jam intro abripiere, atque ibi *vsque ad necem operiere loris. id.* Domo me eripuit, *verberauit*, me inuito abduxit meam, *homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. idem. Ego vapulando, ille verberando, vsque ambo defessi sumus. idem. Hodie vsque os praebui. idem. Omnes dentes labefecit mihi, praeterea colaphis tuber est totum caput. id.* Ctesipho *me pugnis* & istam psaltriam *vsque occidit. id. Vide vt discidit labium. id.* Seni fidelis dum sum, *scapulas perdidi. id. Pugnos in ventrem ingere*, vel oculum exsculpe. *id. Ceruicem appetit* Regis. *Curt.* Quos Bessus truci vultu intuens consurgit, *manibus non temperaturus. id.* Jussu ejus *verberibus affectus est. id.* Jurgantium *ira perueniebat etiam ad manus. id.* Ac primo hinc ignis, illinc *verbera*, non jam ad quaestionem, sed *ad pœnam ingerebantur. id. Intumescens corpus vlceribus, flagellorum ictus nudis ossibus incussos ferre non poterat. id.* v. *Tractare male.*

VERERI. *Nihilne te* nocturnum praesidium palatii, nihil vrbis vigiliae, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque *mouerunt? Cic. in Orat. Adhibenda est* igitur *quaedam reuerentia aduersus homines. Id. in Off.* Jam non hostium, sed locorum *fraude suspecta. Curt.* v. *Auctoritatem habere.*

VERITATIS OSOR. *Veritatis impatiens. Curt.* v. *Odisse. a 11.*

VERSUS. *Qua vergit ad* mare. *Curt. Quod ad* mare *pertinebat. id.* Flatum Africo *maxime objectum. id. Id* aduersum ventum *non latere, sed recta fronte dirigit.*

dirigit. Id. Orientem *spectantibus* terris. *Id.* Hos *ad* occasum *conuersa* conspectat. *Id.* v. *Regionum &c.*

VERTERE. *Verbum de verbo expressum extulit. Ter.* v. *Interpretari.*

VERUS. *Non Apollinis magis verum, atque hoc* responsum *est. Ter.* v. *Falsus.*

VESPERI, VESPERASCERE. Prius *nox oppressisset* illic, quam huc reuerti posset iterum. *Ter. Vesperascente cœlo. Nep.* v. *Mane.* it. *Temporis differentias.*

VESTITUS ET VESTITUS SPLENDIDE, AUT MINUS. *Mediocriter vestitam veste lugubri,* ejus anuis causa opinor, quae erat mortua, *sine auro tum ornatam, ita vti quae ornantur sibi. Nulla mala re expolitam muliebri, capillus passus, prolixus, circum caput rejectus negligenter. Ter.* Quae dum foris sunt, *nihil videtur mundius, nec magis compositum quicquam, nec magis elegans. id.* Puniceis amiculis *velati sunt. Curt. Decoro habitu. id.* Ferarum pellibus *tecti. id. Nitet purpura, aurumque fulget* armis *& opulentia, quantam, qui oculis non subjecere, animis concipere non possunt. id. Cultus* opulentiae barbarae *non alios magis honestabat*; illi aureos torques, illi *vestem auro distinctam habebant,* manicatasque tunicas, *gemmis etiam adornatas. id. Pretiosissima vestium induti* armisque *quanto maximo cultu possumus adornati. id. Modico ciuili cultu* liberalis, inprimis audituque facilis, nihil ex fastu regio assumpserat. *id. Vestis erat auro purpuraque distincta,* quae etiam crura *velabat*; aureis *soleis inseruerat gemmas. id.* Puniceis amiculis *velati sunt. id. Cultus* regis *inter omnia luxuria notabatur,* purpureae *tunicae medium album intextum erat,* pallam *auro di-*

ſtinctam aurei accipitres, velut roſtris inter ſe corruerent, *adornabant. Id. Regali cultu ornatuque. Idem. Leui & parabili cultu corporis ſe eſſe contentum. Id. Cultus habitusque paululum à priuato abhorrens. Id. Omni luxu & opulentia inſtructum. id. Injecta eſt veſtis purpura auroque diſtincta. id. Nec tamen ſinus veſtis, quam nodo colligunt, infra genua deſcendit. id. In exterum degenerauimus cultum id. Miſerandus atq; afflictus habitus. id. Habitus hic,* quem cernis in meis manibus, *cum iſto ſqualore permutandus tibi eſt. idem.* Cunctanti ſqualor ablutus eſt, & *injecta veſtis purpura auroque diſtincta. id. In externum habitum mutare corporis cultum. id.* v. *Luxurioſus.* it. *Superbus.*

VETARE. *Interdicit* hariolus, aruſpex *vetuit* ante brumam aliquid noui negotii incipere. *Ter. Una continemur omnes & eadem lege* naturae, *idque ipſum,* ſi ita eſt, certe *violare* alterum *lege* naturae *prohibemur. Cic. in Off.* v. *Prohibere.*

VETERANUS. *Qui jam ſtipendiis confectis erant. Cic. in Orat. Vetus* Philippi *miles, multisque bellicis operibus clarus. Curt.* Intuere *corpora exſanguia, tot perfoſſa vulneribus, tot cicatricibus putria. Jam tela hebetia ſunt, jam arma deficiunt. id.* v. *Senex.*

VIA, VIAM FACERE. *Ad* fauces, *quibus* Syria *aditur, peruenit. Curt. Qua rectum iter in* Perſidem *ducebat. id.* Ducem *in* Perſidem *ferentis viae* Lycium ciuem fore. *id.* Omiſſo *itinere, quod patebat in* Mediam. *id. Aditus ferentes ad* cacumen. *id.* Multam materiam caeciderat miles, *aditum per* ſaxa *molitus. id.* v. *Aditum facere.* It. *Admittere & non.*

VICTOREM ESSE, FORE. *In ipſo limine victoriae ſtamus. Pauci nobis fugitiui* & domini ſui interfecto-

fectores *superfunt. Curt. Plus victoriae, quam praedae deportauit ex* Asia. *id.* v. *Vincere.*

VIDETUR. v. *Apparere.*

VIDERE, NON VIDERE. *Illam è conspectu amisi meo. Ter.* Partim *quae perspexi hisce oculis*, partim quae accepi auribus. *Id.* Ipsum gestio *dari mihi in conspectum. Id. Inspectante* exercitu. *Cic. in Orat. Haec* nouii judicii *forma noua terret oculos*, qui *quocunque inciderint*, veterem consuetudinem fori & pristinum morem judiciorum *requirunt. ib.* Vt *à* custodia hujus oportunitatis *oculos* hostium *auerteret. Curt. Jam extra conspectum* hostis insula *erat. id. Liquidiore luce aperiente* hostem. *id. In* terram *demissis capitibus. id.* Illi metu attoniti *in* terram *ora defixerant. idem.* Dissonaeque voces non *oculorum* modo *vsum*, sed etiam aurium *abstulerant. ib.* Quia *oculorum cessabat vsus*, neque fremitus vocesque auribus captabant. *id. Ne falleretur acies, dubitare cogebat* varietas cœli, internitente lucis fulgore conditi. *id.* v. *Aspicere.*

VIGILARE. *Tempora somni arctiora*, quam noctis sunt. *Curt. Ne nocturna quidem quiete diurnum relaxante laborem. id. Totam noctem perpetuis vigiliis egit. id.* Sine arbitris, singula animi consulta pensando, *noctem vigiliis extraxit. id.* v. *Dormire, Excubare.*

VIM FACERE. It. PERMITTERE. *Fores effregit atq; in* aedes *irruit* alienas, ipsum dominum atque omnem familiam multauit vsque ad mortem. *Ter. Vi vis illata. Cic. in Or.* Insidiatori & latroni quae potest *afferri* injusta *nex. ib. Nulla vis vnquam est* in libera ciuitate *suscepta inter* ciues non contra Rempublicam. *ib.* Cum mœrentibus vobis vrbe cessi, non

seruos, non arma, non *vim intentauit. Ib.* Cum illa *vi in* septa *irruisset*, gladios distringendos, lapides jaciendos curasset. *ib. Æquabiliter in* Remp. in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos *irruebat. Ibid.* Nec justitiae suae putaret esse, quem sententiis judicum tradidisset, eundem *telis* militum *dedere:* nec sapientiae, *temeritatem* concitatae multitudinis *auctoritate publica armare. ib. Gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus. ib.* Jam non verba punienda sunt, linguae temeritas *peruenit ad gladios. Curt.* v. *Adoriri, Impetum &c.*

VINCERE, VINCI. *In medio omnibus palmam esse positam*, qui artem tractant Musicam. *Ter.* Scientem, tacitum *causam tradere aduersariis. id.* Eodem duce non maxima manu *innumerabiles* Armeniorum *copias fudit. Cic. in Orat.* Nec vero *disjunctissimas terras* citius cujusquam passibus potuisse peragrari, quam tuis, non dicam cursibus, sed *victoriis lustratae sunt. ibid. Domuisti gentes* immunitate barbaras, *multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abundantes* — Nulla est enim tanta vis, tanta copia, quae non *ferro ac viribus debilitari frangique possit. ibid. Copias*, omnibus rebus ornatas atque instructas, *esse deletas. ibid. Ab illo* insignia victoriae, non *victoriam reportarint. ib. Ille pulsus superatusque. ib.* Noster autem exercitus, etsi *vrbem ex* tyranni *regno* ceperat *& praeliis vsus erat secundis. ibid.* Testis est Africa, quae *magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundauit.* Testis est Graecia, per quam legionibus nostris in Hispaniam *iter*, Gallorum *internecione, patefactum est.* Testis est Hispania, quae saepissime *plurimos hostes ab hoc superatos prostratosque* conspexit. Testis est iterum & saepius Italia,

quae

quae cum seruili *bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium* absente *expetiuit; quod bellum* expectatione Pompeji *attenuatum atq; imminutum est,* aduentu *sublatum ac sepultum. Ib. Classis à* praedonibus *capta atque oppressa est. Ibid. Totam ad imperium* populi Romani Ciliciam *adjunxit. Ib. Accepta in* Ponto *calamitate. ib. Bellum* in Africa *maximum confecit, victorem exercitum deportauit. ibid. Arma* Saturnini *oppressa sunt ib. Vi victa vis, vel potius virtute oppressa audacia est. ib. Vexatorem furoris, domitorem armorum suorum. ib.* Adde casus, adde *incertos exitus pugnarum, Martemque communem, qui saepe spoliantem jam etiam & exultantem euertit & perculit ab abjecto. ib. Sint vi potius superiores,* quam justitia pares. *Id. in Off.* Frustra se tertium *triumphum deportaturum* fuisse. *ib. Cum virtute militum deuicisset hostium exercitus. Nep.* In quo *tanto plus virtute valuerunt -- vt profligarent. idem.* Nulla vnquam tam *exigua manus tantas opes prostrauit. idem. Superior omnibus praeliis discedebat. id.* Europaeque *succubuit* Asia. *id.* Breui *vniuersos oppressurum. id. In praelio,* quo Mardonius *fusus,* barbarorumque *exercitus est interfectus. id. Bello subegit. id. Aduersariorum* multa millia *caecidit. id. Neminem nisi victum dimisit. id. Calamitatem accipere. id. Victi manum dedissent. id.* Satisne ei videretur instructus *ad hostem obterendum. Curt. Ab hoste dejectum. idem.* Pleraque tractus ejus *suae facta ditionis. idem. Ancipiti acie opprimi. id.* Non Persis modo, sed etiam *omnibus gentibus impositurus jugum. id.* Omniaque, quae post tergum erant, *strata & pedibus ipsorum subjecta. idem.* Ab Hellesponto vsque ad Oceanum

omnes

omnes gentes victoria emensus. Id. Terrestri simul naualique *clade obruebantur. Idem.* Si vero Tanaim transierimus & *vbique inuictos esse nos* Scytharum *pernicie ac sanguine ostenderimus*, quis dubitabit *patere* etiam Europam *victoribus*? *Id.* Quanti aestimandum est, dum alium *subigimus*, in alio quodammodo orbe *trophaea statuere*, & *quae tam longo interuallo natura videtur diremisse, vna victoria subito committere*? *Id. Quibus fractis* nullam gentem Macedonum *armis parem* fore confitebatur. *id.* Quomodo Asiam etiam cum istis junioribus *subjecisti*s. *id. Quicquid* Indis *virium fuisset, illa dimicatione prostratum. id.* Expetis, vt plura, quam sol videt, *victoria lustres. id.* Vrbes *in fidem acceptas. id.* Magnam regionem *finibus eorum adjecit. id.* Quorum alia ductu meo, alia *imperio ejus ditionique subjeci. id.* Nouo more *victores sub jugum mitteres. id. Quos bello subegissem. id.* Barbaros *ad deditionem compellit. id.* v. *Dedere, Domare, Potens, Subditum facere.*

VINCIRE. *Cura asseruandum vinctum*, atque audin' *quadrupedem constringito. Ter. Colligauit* primum *eum misereris modis. id.* Hunc pro maecho postea *comprehendere intus & constrinxere. id.* v. *Custodire.*

VIOLARE. *Leges* saepe *perrumpunt. Cic. in Off.* Omnia *jura* diuina & humana *peruertit. ib.* v. *Peccare.* it. *Vim facere.*

VIRTUOSUS & MAGNUS VIR. Viuitur non cum *perfectis hominibus pleneque sapientibus*, sed cum iis, in quibus praeclare agitur, si sint *simulacra virtutis. Cic. in Off. Virtutibus* erit *ornatus* lenioribus *ibid. Illae* vero *virtutes virum bonum videntur potius attingere. ib. Vir acer consilio, manu strenuus, carus principibus, vulgo militum acceptior. Curt. Vir haud mul-*

multum infra magnitudinis tuae fastigium positus. Id. In illo fortunae gradu positum & jam venerari necesse erat. Id. Omnes pene amicos tuos *dignatione vincentem. id. Qui magnitudine rerum fidem antecessissent. Id. Vicisti*, Rex, *magnitudine rerum* non hostes modo, sed etiam milites. *Quicquid mortalitas capere potuit, impleuimus. id.* v. *Excellere.*

VITARE. Si quando ad eam accesserat confabulatum, *fugere è conspectu illico, videre nolle. Ter. Neque illarum affines esse rerum*, quas fert adolescentia. *id. Quamdiu nos etiam furor iste tuus eludet? Cic. in Or.* Quod hanc tam terram, tam horribilem, tamque infestam Reip. *pestem* toties *jam effugimus. ibid. Illam belluam, judicii laqueos declinantem, jam irretitam teneret. ib.* Vt se vitam corpusque tueatur, *decliuetque ea, quae nocitura videantur. id. in Off.* Illa vero *omnibus in rebus repudianda est. ib.* Nos naturam sequamur & ab omni, *quod abhorret ab ipsa*, oculorum auriumque comprobatione *fugiamus. ib. A* forma *remoueatur* omnis viro non dignus ornatus, & huic simile vitium in gestu motuque *caueatur. ibid.* Multo etiam magis elaborandum est, ne animi motus *à natura recedant. ib.* Cynicorum vero *ratio tota est ejicienda. ib.* Hoc quidem deliberantium genus *pellatur è medio*: Est enim totum sceleratum & impium. *ib.* In omni deliberatione, celandi & occultandi spes opinioque *remouenda est. ib. Ex omni vita* simulatio dissimulatioque *tollenda est. ib.* Simulatione insaniae militiam *subterfugere* voluisse. *ibid.* Prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem, voluptates *depellentem. ib. Exigua corporis declinatione euitato ictu*, in vanum manum barbari lapsam amputat gladio. *Curt.* Vt regionem monstratam, *declinent. Id.* v. *Cauere.*

VITIA-

VITIARE, RI. Cui miserae indigne per vim *vitium obtulerat. Ter.* Primum indotata est, tum praeterea, *quae secunda ei dos erat, periit, pro virgine dari nuptum non potest. Id. Vitium est oblatum* virgini olim ab nescio quo improbo. *Id.* Cum *compressa* est gnata, forma in tenebris nosci non quita est. *Id.* Vinolentus fere abhinc annos quindecim *mulierculam eam compressit*, vnde haec nata est, *neque post illam attigit. Id.* Apud eos parentibus *stupro coire cum* libris fas est. *Curt.* v. *Scortari.*

VITIOSUS. *Id vitium nunquam decreui esse* ego adolescentiae, nam *id omnibus innatum est. Ter. In vitio est. Cic. in Off.* Nullum igitur factum eorum potest vtile esse, cum sit *tot vitiis inquinatum. ibid. Vitiis est obrutus. Nep.* v. *Sceleratus.*

VITUPERARE. Iis non modo *non laudandum*, verum etiam *vitio dandum* puto. *Cic. in Off.* v. *Laudare.*

VIVARIUM. Barbarae opulentiae in illis locis haud vlla sunt majora indicia, quam *magnis nemoribus nobilium ferarum greges clausi. Spatiosas ad hoc eligunt sylvas, crebris perennium aquarum fontibus amaenas. Muris nemora cinguntur, turresque habent venantium receptacula. Curt.* v. *Cingere.*

VIVERE. Sapienter *vitam instituit. Ter. Deos quaeso, vt sit superstes. id.* Dum ille *vitam illam colet* inopem *id. Quo studio vitam suam*, te absente, *exegerit. id. Cum* vno *simul* vbi *aetatem agere* decretum est viro. Ruri *agere vitam. id. Vitam ille suam semper egit in* otio. *idem. Quo* quisque *pacto* hic *vitam* vestrorum *exigat. id.* Cui quanto fuerat praestabilius vbiuis gentium *agere aetatem*, quam huc redire. *ib. Cum vno aetatem degeret. idem.* Cum & patriae, quod

quod debes, solueris, & *naturam ipsam expleueris satietate viuendi, satis diu vixisse* dicito. *Cic. in Orat. Puncto temporis frui vita & hoc communi spiritu* non putat oportere. *Ib.* Portus, quibus *vitam & spiritum ducitis. Ib.* Negant *intueri lucem* fas esse ei, qui à se hominem occisum esse fateatur. *Ib. Solitario homini* atque *in* agro *vitam agenti. Id. in Off.* v. *Mori.*

VIVERE HOC TEMPORE, HOC MODO. *Dum tempus ad eam rem tulit*, siui animum vt expleret suum; nunc *haec dies aliam vitam affert, alios mores postulat. Ter. Tua* autem *aetas incidit in* id bellum. *Cic. in Off. Utinam,* inquit Pontinus Samnis, *ad illa tempora fortuna me seruasset. ib.* Quem multo elegantissimum Poëtam *nostram tulisse aetatem. Nep. Multum à caeteris* Persis *cultu vitae abhorrentem. Curt.* Gens — *cultu vitae aspera. id. Æque illum à nostro more atque sermone abhorrere. id.* v. *Studere.*

VLCISCI. Voluit *facere contra huic aegre. Ter.* Credin' *te impune habiturum? id. Referam illi* sacrilego *gratiam. id. Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo. id. Nihil est, quod malim, quam* totam familiam dari mihi obuiam, *vt iram hanc in eos euomam omnem, dum aegritudo haec est recens. Satis id mihi habeam supplicii, dum illos vlciscar modo.* Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus. *id.* Porto hoc jurgium ad vxorem, cujus haec fiunt consilio omnia, atque *in eam hoc omne, quod mihi aegre est, euomam. id. Sic dabo, age nunc, age* Phormionem, *qui volet, lacessito; faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio, redeat sane in gratiam, jam supplicii satis est mihi. id.* Nunc quaero vtrum vestras *injurias,* an Reip. *persequamini. Cic. in Orat.*

Vos

Vos eum Regem *inultum esse patiemini -- non tulerunt:* vos vitam creptam *negligetis? Jus* legationis verbo *violatum illi persecuti sunt:* vos legatum militum *relinquetis? Ib.* Cum ei, qui expectare velit, ante injusta *pœna luenda sit,* quam justa *repetenda. Ib. Vltor injuriae, punitor doloris sui. Ib. Haesit in iis pœnis, quas ab eo* serui fideles *pro* domini vita *expetiuerunt. Ibid.* Cum sanguine inimici *explesset odium suum. Ibid. Sanguine & vulneribus* suis crudelissimi inimici *mentem oculosque satiauit. ib. Habeo paratum* mortis meae *vltorem, expetet pœnas* mei consilii spreti ipse. *Curt.* Mauult ille gloriae suae, quam *irae obsequi. id.* Sua cuique dextra *aut vltionem* tot malorum *pariet, aut finem. id.* Violatae fidei *neminem acriorem fore vindicem vltoremque. id. Quicquid irarum* in tabernaculo *conceptum est, in* hostium *effunditur capita. idem.* Omniumque *sanguine* duci *parentaturos. id. Explendae irae* mature obuenit occasio. *idem.* Internecione hostium *justae irae parentandum est. id.* Spado *potentiam* flagitio & dedecore quaesitam *in caput* nobilissimi & insontis *exercuit. id. Triumphabo* mehercule *de* fuga vestra, & vbicunque ero, *expetam pœnas. id.* Vtque Rex *suppliciis suis* potius *saturet se,* quam contumeliis. *id.* v. *Impunitum esse,* it. *Punire.*

Vmbrosus. Incredibile dictu inter vastas solitudines *ita vndique ambientibus ramis, vix in densam vmbram cadente sole, contecta est. Curt. Vim solis vmbra leuant. id.* v. *Sylua.*

Volare. Vereri se, ne auium modo, *quas naturalis leuitas agit ad* sidera, *inani ac puerili mentis affectu se efferret. Curt. Modico volatu* signa *antecedentes,*

dentes, & modo *humi residebant*, cum lentius agmen incederet, modo *se pennis leuabant*, antecedentium *iterque monstrantium ritu. id.* v. *Celer.*

VOLUPTARIUS. Syrisce, *te curasti molliter, lauteque munus administrasti tuum. Ter. Vitam ille suam semper egit* in otio, *in conuiuiis. id. Homo voluptati obsequens fuit, dum vixit*, & qui sic sunt, *haud multum heredem juuant*, sibi vero hanc laudem relinquunt, *vixit, dum vixit, bene. id.* Nunc vna res restat mihi, quae etiam conficienda, *otium à* senibus *ad potandum vt habeam: nam aliquot hos sumam dies. id.* Quo pacto *satietatem amoris* ait *se velle sumere. idem.* Si quis est paulo correctior, quamuis *voluptate capiatur, occultat & dissimulat appetitum voluptatis. Cic. in Off.* Sin sit quispiam, *qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse modum. ib.* Turpe *diffluere luxuria & delicate ac molliter viuere. ibid.* An vt *conquirat vndique suauitates*? quam miser virtutis famulatus *seruientis voluptati*! quod autem munus prudentiae? an *legere intelligenter voluptates*? fac nihil isto esse jucundius, quid cogitari potest turpius? *ibid.* Qui potest temperantiam laudare is, *qui ponat summum bonum in voluptate*? Est enim temperantia *libidinum inimica*, libidines autem *consectatrices voluptatis. ibid. Vt indulgendo turpissimis imbueretur cupiditatibus.* Nam *puero*, priusquam pubes esset, *scorta adducebantur, vino epulisque obruebatur, neque vllum tempus sobrio relinquebatur. Nep.* Vt primum instantibus *curis laxatus est animus*, militarium rerum, quam *otii quietisque patientior, excepere eum voluptates*, & *quem* arma Persarum non *fregerant, vitia vicerunt. Intempestiua conuiuia & perpotandi vigi-*

landique insana dulcedo, ludique & greges pellicum, *omnia in* externum *lapsa sunt morem. Curt. Luxu omnia fluere* credideram, & nimia felicitate *mergi in voluptates. Id.* Cum *intempestiuis conuiuiis dies pariter noctesque consumeret, satietatem epularum ludis interpolabat. Id.* v. *Bibere.* it. *Libidinosus, Luxuriosus, Scortari.*

VOMERE. Cum ipsi sine modo infusam *vomitu* cogerentur *egerere. Id* v. *Expellere.*

VOVERE. *Vota suscipere. Nep.* v. *bene Precandi form.*

VRBES LAUDANDI F. *Domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam pulcherrimamque vrbem. Cic. in Orat.* Videor enim mihi hanc vrbem videre, *lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium*, subito vno incendio concidentem. *ibid.* Vrbem *vetustate famaque conditorum inclytam. Curt.* Tyrus *& claritate & magnitudine ante omnes vrbes* Syriae Phœnicesque *memorabilis. Curt.* Vrbs & *vetustate originis & crebra fortunae varietate, ad memoriam posteritatis insignis. idem. Magnam illam vrbem* aduenarum frequentiam cultutam, *multisque* eam *terris alimenta praebituram. id.* v. *Landare.*

VTI. Ita se literis abdiderunt, vt *nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemque proferre. Cic. in Orat.* Hoc tantum boni, quod à Diis immortalibus datum & oblatum est, *in* Remp. *conseruandam atque amplificandam conferatis. ibid. In* meo inimico crudelitatem *expromsisti* tuam. *ibid. Hoc quoque colendum est* aequabile & temperatum orationis genus. *Id. in Off.* Vt idem *in vtroque genere laboraret, sequereturque* & illud forense

tense dicendi, & hoc quietum disputandi genus. *Ib.* *Ad hoc* genus castigandi *raro inuitique veniamus. Ib.* *Ad hominum vtilitatem* suam prudentiam intelligentiamque *conferant. Ibid.* *Quae nec haberemus, nisi* manus & *ars accessissent. Ib.* *Nisi communis vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset. Ibid.* Quis enim aegris subueniret, quae esset oblectatio valentium, qui victus, aut cultus, nisi tam *multae nobis artes ministrarent. Ibid.* Si quis voluerit *animi sui complicatam notionem euoluere. ibid.* *Ipsis vsus patet, ignotus est* aduenis. *Curt.* v. *Abuti, Frui.*

VTILIS. *In rem est vtrique. Ter.* Nihil satis firmi video, quamobrem accipere hunc *mihi expediat* metum. *id.* Si *in rem est* Bachidis. *id.* *Si ex vsu esset nostro. id.* *Nostram in rem quod sit. idem.* Nostrapte culpa facimus, vt malos *expediat* esse. *idem.* Si mors P. Clodii *salus vestra fuit. Cic. in Or.* *Illud Cassianum*: CUI BONO FUERIT, *in his personis valeat. ibid.* *Omniaque quae ad vsum* Reip. *pertinent. Id. in Off.* *Vehementer ad* opes augendas *pertineret* & ad gratiam. *Ibid.* Ad beneficiis adstringendos homines *accommodata. Ibid.* Cum tota Philosophia, mi Cicero, *frugifera & fructuosa, nec vlla pars ejus inculta ac deserta* sit, tamen *nullus feracior in ea locus est, nec vberior*, quam de officiis, *a quibus* constanter honesteque viuendi *praecepta dantur. Ib.* *Quod ad vsum pertineat. Ib.* Vt tribuamus aliquid voluptati, *condimenti fortasse nonnihil, vtilitatis certe nihil habebit. ibid.* *Quae in rem videbantur. Curt.* *Ad* stabiliendum regnum *pertinet. idem.* Vbi paria sunt periculum ac praemium, & secundis rebus *amplior fructus est*, & aduersis *solatium majus. idem.* v. *Prodesse.*

VULNERARE, RI. Alexandri dextrum femur *leuiter mucrone perstrictum est. Curt.* Equi *confossi hastis. Idem. Summa duntaxat cutis in* femore *perstricta. Id.* Laceratis omnibus, queis protegi poterant, *vulneribus multi patebant. Idem.* Multos è muris propugnantes *hasta transfixit. Idem. Quam alte penetrasset telum. Idem.* Saxo *crus ejus affligitur. Id. Multis vulneribus confectum. Id.* Alios ab vtroquo latere demissae falces *lacerauere. Idem.* Cum *vnum omnes peterent, vulneribus exsanguis. Id.* Nouem jam *vulnera hinc tergo, illinc pectore exceperat. Id. Quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis emicante*, remisit arma, *moribundo similis. Id. Nudum* hostis *latus subjecto mucrone hausit. idem.* v. *Tela jactare.*

VXOREM DARE, EFFICERE. *Perpulisti me, vt* homini adolescentulo, in alio occupato amore, abhorrenti à re vxoria, *filiam darem in* seditionem, atque ejus dolore gnato vt medicarer tuo. *Ter.* Meretricios *amores nuptiis conglutinas. Id.* v. *Conjux.*

In titulis phrasium, facilioris investigationis causa, de industria quandoque βαρβαρίζοντι Lector beneuole ignoscat.

FINIS.

INDEX

INDEX TITULORUM OMNIVM.

A.

Abire. 1
Abſcondere. —
Abſtinere. —
Abundare. —
Abuti. 2.
Accidere. —
Accipere. —
Accomodare. —
Accuſare. —
Acquirere. 3
Addere. —
Adhortari. —
Adimere. —
Aditum facere. 5
Adminiſtrare. —
Admirari. 5.
Admittere & non. —
Adoleſcens. 6
Adoriri. —
Aduerſari. 7.
Adulari. —
Aduocatus. —
Ædificare. —
Ægrotare. —
Æmulari. 8.
Æquus. —
Æſtimare & non. —
Affectus &c. 9
Affici animo. 10.
Affligere. —
Agere. —
Aggerem facere. 11.
Aggredi. —
Agricola. —
Alacris. 12.
Alienare. —
Alienus —
Allicere. 13.
Altus. —
Amare & non. —
Ambitioſus. 14.
Amicitiam facere. 15
Amittere. 16
Amplificare. 17.
Animaduertere. —
Anguſtus. —
Animoſus. —
Annumerare. 18
Anteponere. —
Apparere. —
Appellare. —
Applicare. 19.
Aptus. —
Arcere. —
Ardere. —
Armare. —
Arrogare. —

Aspicere. 20.
Asseuerare. 21
Asseuerandi form. —
Assistere. —
Assuefacere. 22.
Atheus. —
Attendere. —
Auarus. 23.
Auctoritatem hab. —
Audax. 24.
Audire. —
Auditor. hab. 25
Auertere. —
Augere. —
Auscultare. 26
Αὐθεντεῖν. —
Auxiliari. —

B.

Bacchari. 27.
Barbarus. —
Bellare. —
Beneficus. 29
Beneuolus. 30.
Bibere. 31.
Blandiri. —
Breuem esse. —

C.

Cadere. 32.
Cadere in praelio. —
Caedes, Clades. —
Calamitas. 33.
Calidus. 34.
Caligo. —
Callidus. —
Caluminari. —
Candidus. 35
Capere. —
pro Captu. 36
Carere. —
Cathedra. 37.
Cauere. —
Causari. 38.
Cedere. 40
Celare. —
Celebris. 40.
Celer. 41.
Certus. 42.
Cessare. —
Charus. —
Cingere —
Clades. 43.
Clamare. —
Claudere. v. finire. 112
Clemens. —
Caelebs. —
Coercere. 44.
Cogere. —
Cogitare. 45.
Cognatus. 46
Cognoscere. —
Cohaerere. —
Cohibere. —
Colligere. —
Colloqui. 47.

Com-

Comburere.
Comitari.
Commendare. 48
Commilito. —
Committere. —
Commodus. 49.
Commune. —
Communicare. 49.
Comparare. —
Compensare. 50.
Competere. —
Conari. —
Concedere. —
Conciliare. 51.
Concordare. —
Condiscipulus. 52.
Confidere. —
Confirmare. 53.
Confluere. —
Confugere. 53.
Confutare. —
Congregare. —
Conjicere. 54.
Conjungere. —
Conjurare. —
Conjux. —
Conscius. —
Consentire. 55.
Consequi. —
Conseruare. 56.
Considerare. 57.
Consiliarius. 58
Consistere. —
Consolari. —
Constans. 59.
Consternatus. 60.
Constituere. 61
Consuetudo. 61.
Consulere. —
Consultare. 62.
Contemnere. —
Contendere. 63.
Contentus. —
Continens. 64.
Continere. —
Contrarius. —
Controuersus. —
Contumelia afficere. —
Conualescere. —
Conuenire, zuf. kom. —
Conuenire aliquem. 65.
non Conuenit. —
Conuersari. —
Conuictor. —
Conuincere. —
Conuiuari. —
Coronare. 66
Corrigere. —
Corrumpere. —
Crapulam edormire. 67.
Credere & non. —
Credere se alicui. 68
Crescere. —
Criminari. —
Cruci affigere. —
Cruciare. —

Crudelis. —
Cunctari. 69.
Cuniculus. —
Cupere. —
Cupiditat. obsequi. 71
Curare & non. 72
Curia. 74.
Curiosus. —
Currere. —
Custodire. —

D.

Damnare. —
Damnum pati. —
Debellare. —
Debere. 75
Debilitare. —
Decere & non. —
Decipere. 76
Decollare. —
Dedere se. —
Defatigare. 77.
Defendere. —
Deficere. 79.
Deformis. —
Degenerare & non. 80.
Dehortari. —
Dejicere. —
Delectare. —
Deliberare. 81.
Delicatus. —
Deliquium pati. —
Demandare. v. Iubere. 166
Denegare. 82.
Deprecandi formulae. —
Describere. —
Deserere. —
Desertum. 83
Desiderare. —
Desilire. —
Desinere. —
Desperare. 85.
Destinare. —
Destruere. —
Detegere. 86
Deterrere. —
Differre, aufschieben. —
Differre, unterschd. seyn. —
Difficilis. —
Diffidere. 87.
Diligens. —
Dimittere. —
Discedere. —
Discere. —
Discordare. 88.
Dispellere. 89.
Displicere. —
Disputare. —
Dissentire. —
Dissimilis. —
Dissimulare. —
Dissitus. 90.
Dissonare. —
Dissuadere. —
Distinguere. —
Dives. —
Diuersorium. 91.

Diuidere. —
Diuulgare. —
Docere. —
Dolere. —
Domare. 98
Dominari. —
Donare. —
Dormire. 94.
Dubius. dubitare. 94.
Durare. 95.

E.

Ebrius. —
Echo. 96.
Edere. —
Educare. —
Efficere. —
Effugere. —
Egere. —
Ejicere. —
Eligere. 97.
Eloquens. —
Emendare. 98.
Epitheta laudandi. —
Equitare. —
Eripere. —
Errare. 98.
Eruditus. 99.
Esurire. —
Euanescere. —
Euenire. —
Exaggerare. —
Exaggerandi form. 100.
Exaudire, erhören. —
Excellere. —
Excipere. 101
Excludere. —
Excogitare. —
Excubare. —
Excusare. 102.
Excusandi formulae. —
Exemplum dare &c. —
Exequi. 103.
Exercere. —
Exercitum comparare. —
Exhilarare. —
Exhorrescere. —
In Exilium pellere. —
Existimare. 104.
de Existimatione &c. —
Exlex. —
Expectare. —
Expellere. 105.
Experiri. 106
Explorare. —
Expostulare. 107.
Exprobrare. —
Expugnare. —
Extendere se late. —
Extenuare. —
Exul. —

F.

Fabulari. —
Facetus. —
Facilis. —
Fallere. 108.
Fallus. 109

Famelicus. —
Fateri. —
Fatigare. —
Fauere. —
Felix. —
Ferox. 111
Feruere. —
Festinare. —
Fidere. —
Fidelis. —
Fiduciam excitare. 112.
Finem facere. —
Fingere. 113.
Flagitiosus. —.
Flére. —
Fluere. —
Fodere. 115
Fœnerator. —
Folia habere. —
Fortis. —
Fortunatus. 117
Fraudulentus. —
Fretus. —
Frigere. —
Frui. —
Fruſtra agere. 118
Fugare. —
Fugere. 119.
Fulgurare. 122.
Fumare. —
Fungi officio. —
Furari. —
Futurum eſſe. —

G.

Garrire. 123.
Gaudere. —
Gemere. 124.
Generare. —
Generoſi animi. —
Geſticulari. —
Gignere. —
Gloriari. —
Gloriam quaerere. 125.
Gratias agere. —
Gratificari. 126
Gratulari & gratul. form. —
Gratus, angenehm. 127.
Gratus, danckbahr. —
Grauis. —

H.

Habitare. —
Haeſitare. 128.
Heredem eſſe. —
Hilarem eſſe. —
Hiſtoriam ſcribere. —
Honeſtus. 129.
Honorare. —
Hortari. 130
Hoſpitalis. —
Hoſtem eſſe. —
Humanus. 130.
Humilis. 131.
Hypocrita. —

I.

Jacere, werffen. —
Jacere. —

Idoneus, 132
Ignauus. —
Ignobilis. —
Ignominiosus. —
Ignoscere. —
Imaginari, 133.
Illudere. —
Imbecillis. —
Imitari. —
Imminere. 134
Imminuere. —
Immisericors. —
Impauidus. 135.
Impedire. —
Impellere. 137.
Impendere. 140
Imperare. 141.
Imperfectus. —
Impetrare. 142.
Impotens. —
Improbus. —
Imprudens. —
Impunitum esse. 143.
Imputare. —
Incendere. —
Incipere. 144.
Inconstans. 145.
Incredibilis. —
Indicare. —
Indigere. —
Indignari. —
Indulgere. 146
Inebriare. —
Inesse. —
Inexorabilis. 147.
Infamis. —
Infelix. —
Informare. 148
Ingeniosus. —
Ingratus. —
Inhumanus. —
Inimicum esse. 148.
Injustus. 149.
Innocens. —
Inobediens. 150.
Inquirere. —
Inseruire. —
Insidiari. 151.
Insolitum. —
Instare —
Instigare. —
Instituere. —
Intelligere. 152
Intempestiuus. —
Intendere. —
Interest. —
Interficere. 153.
Intermittere. 156.
Interpretari. —
Interrogare. —
Intimus. —
Intrare. —
Inuadere. —
Inuenire. 157.

Inuidos

Inuidos facere. —
Inuincibilis. 158
Jocari. —
Irasci. 155.
Ire. 159.
Irritare. 166
Irritum facere. —
Jubere. —
Judicare. —
Jurare. 162.
Justum esse. —
Juuare. 162.
Juuenis. 164.
Juxta. —

L.

Laborare. —
Lacerare. —
Lacrymare. —
Laedere. 165.
Laetari. —
Langueſcere. —
Lapidare. —
Latere. —
Latum esse. 166
Lauare. —
Laudare. —
Laudandi form. 169
Leges facere. —
Lenis. —
Liberalis. 170
Liberare. —
Liberos generare. 171
Libidinosus. —
Licentiam vsurpare. 173.
Licere. —
Litigare. —
Loqui. —
Lorica. 174.
Lubricus. —
Lucere. 175.
Lucrari. —
Ludibrio habere. —
Luere. —
Lues. —
Lugere. —
Lunae quadrans. 176
Luxuriosus. —

M.

Magistratum constituere. 17
Magnanimus. 178
Magnificus. 179
Magnus. —
Maleuolum esse. 180
Malitiosus. 180.
Malus. —
Mandare. —
Mane. —
Manere. —
Manifestus. 181.
Marchiten. 182.
Materiam dicendi. —
Meditari. —
Meminisse. —
Mentionem facere. 183.

Mentiri. —
Metiri. 184.
Metuere. —
Milites conscribere. 186
Minari & minandi form. 187
Minuere. —
Mirari. 187
Miser. —
Misereri. 188
Mittere. 189.
Modum seruare. —
Molestus 190.
Monere. 191.
Morari. —
Morbus. —
Morbo liberari. —
Mori. —
Moris est. 193.
Morosus. —
Moueri animo. —
Multus. 194.
Munditiem amans. —
Munire, munitus. —
Munus. —
Murmurare. —
Musicum esse. 195.
Mutare. —
Mutus. 196.

N.

Narrare. —
Nasci. 197
Natare. —
Naturalis. 198
Nauigare. —
Necare. 199.
Necesse est. —
Nectere. —
Negare. —
Negligere. 200
Nescire. 201.
Ningit. —
Nobilis. —
Nocere. 202.
Noctu. 203.
Nolle. ~~200~~ 203
Nomen immortale consequi. —
Nominare. — 204.
Nox est. —
Nugari. —
Numerare. —
Nunciare. 204.
Nuptum dare. 205.
Nutu designare. —

O.

Obedire. —
Objurgare. 206.
Obligare. —
Obliuisci. —
Obloqui. 207.
Obmutescere. —
Obscurus. —
Obsequi. —
Obseruare. 208.

Obser-

Obsidere. —
Obstinatus. 209
Obtrectare. —
Obuiam ire. —
Occasionem &c. —
Occidere. 210
Occultare. —
Occupare. —
Occupatum esse. 211
Odisse, odiosum reddere. —
Offendere 213.
Officiosus, officia deferendi form. 213.
Operam dare. 214.
Opinari. —
Oppignorare. —
Optandi form. 214.
Opus aggredi. 215.
Orare. —
Orationem habere. —
Ordinare. —
Oriri. 216
Ostendere. 217.
Ostentare. —
Otiosus, otium. —

P.

Pacificus. —
Pallescere. 218.
Parare se. —
Parcus. 219.
Parem esse. —
Parere. —
Particeps. 220
Patersamilias. —
Pati. —
Patria. —
Patronus. —
Pauper. 221.
Peccare. —
Pecuniam comparare. 223
Pecuniam impendere. —
Pejerare. —
Peninsula. —
Perdere. —
Perficere. 226.
Perfectus. —
Perfidus. —
Periculo committere. —
Perire. 228.
Permittere. 230.
Pernicioſum esse. —
Persequi. —
Perseuerare. 231
Perstringere. —
Persuadere. —
Pertinax. —
Pertinere ad aliquid. —
Perturbare. 232.
Pestis est. —
Petere. —
Pignus. —
Piger. —
Pius. —
Placare. —

Placere. 233
Plantare. —
Plebejus. —
Plenus. —
Plorare. —
Pluere. 234
Pœnam constituere. —
Pœnitet. —
Poetam esse. —
Polliceri. —
Pontem facere. 235.
Portare. —
Poscere. —
Possidere. 236.
Postponere. —
Potare. —
Potens. —
Praecedere. 236
Praeceptor. —
Praecipitare. 237.
Praecipuus. —
Praedari. 238
Praedicere. 239.
Praeditum esse. —
Praeferre. —
Praeficere. —
Praeliari. —
Praeponere. —
Praescribere. 240.
Praeterfluere. —
Praeteritionis formulae. 241
Praetexere. —
Praetextus. —
Praeuenire. —
Praeuidere. —
bene Precandi f. —
Priuare. 242.
Priuatus. —
Probare. —
Probus. —
Procedere. —
Procerus. 243.
Processus instituere. —
Procrastinare. —
Procul. —
Procurare. —
Prodere. —
Prodesse. 244.
Prodigus. 245.
Proficere. —
Proficisci. —
Profundus. 246.
Prohibere. 247.
Prolixus. —
Promissa seruare —
Promittere. —
Promouere. —
Pronunciare. 249.
Prope esse. —
Properare. —
Propheta. —
Propinare. —
Proprius. —

Pro-

Propugnaculum esse. 250.
Prouerbium esse. 250
Prouocare. —
Prudens. —
Pudet, non pudet. 251
Pugnare. 252.
Pulcher. —
Punire. 253
Pusillanimis. 255
Putare. —

Q.

Quaerere. —

R.

Rabula. —
Rarus, non rarus —
Rebellis. 256
Reconciliare. —
Recordari. —
Recreare. 257 —
Recusare.
Redintegrare.
Redire.
Referre.
Refutare.
Regere.
Regionum limites.
Rejicere.
Rejectionis formulae.
Relegare.
Relinquere.
Reliquus.
Remigare.
Repetere.
Repraesentare.
Reprehendere. 260.
Repudiare.
Resciscere.
Resistere.
Respondere & non.
Restituere.
Resuscitare.
Retinere.
Reuereri.
Reuocationis f.
Reus.
Rigare.
Robustus.
Rogare.
Rudis.
Rumor est.
Rusticus.

S.

Sacrificare.
Saltare.
Salutandi form.
Sanare.
Sancire.
Satiare.
Satisfacere.
Scandalizare.
Scandere.
Sceleratus.
Schiessen.
Scire. 267.

Scopu-

Scopulus.
Scopum esse.
Scortari.
Scribere.
Securus.
Sedare.
Seditionem mouere.
Seducere.
Senatus, Senator.
Senex, Senescere. 271.
Sententiam mutare & non,
Sentire.
Separare.
Sepelire.
Sepes.
Sequi.
Serenus.
Seruare.
Seruiliter tractare.
Seuerus.
Significare.
Silere.
Similis.
Simplex.
Simulare.
Sitire.
Socius.
Solatio esse.
Solicitare.
Solicitum reddere.
Solitarius.
Soluere pecuniam.
Solo aequare.
Somniare.
Somnium excutere.
Sordidus. 251.
Spei optimae. —
Sperare. —
Spiritum ducere.
Splendere. 283
Splendidus. —
Stare. —
Statim. —
Statuere. —
Statum praesentem designandi form. —
Stratagemate vti. —
Studere. —
Studiose agere.
Stultus.
Stuprare.
Stylo humili.
Suadere.
Subditum facere.
Subleuare.
Succedere.
Sudare.
Sufficere.
Summatim dicere.
Sumptuosus.
Superare.
Superbus.
Supereſſe.

Superstitiosus.
Suppetere.
Supplex.
Supplicio afficere.
Suspicari.
Sustentare.
Sylua.

T.

Tacere.
Taedet.
Tangere.
Tardus.
Tegere.
Tela jactare.
Temerarius.
Temperans.
Tempestas mala.
Tempori inseruire.
Temporis differentias &c.
Tempus constituere.
Tempus habere.
Tempus impendere.
Tempus venit. 297.
Tenebrae sunt.
Tentare.
Terrere.
Timere.
Titulum denegare.
Tolerare.
Tollere.
Tonare.
Tondere.
Torquere. 203
Tractare &c. —
Tradere. —
Traducere. —
Transire. —
Tribuere. —
Tristis. v. dolere. —
Trucidare. —
Tumultuari.
Turbas dare.
Turpis.
Tutus.
Tyrannus.

V.

Vacat.
Vadum.
Vagari.
Valere.
Valetudo.
Variare.
Vastare.
Vaticinari.
Velle.
Venari.
Vendere.
Veneno inficere.
Venerari.
Veniam petendi f.
Venire.
Ventus flat.
Venustus.

Ver.

Ver.
Verax.
Verberare.
Vereri.
Veritatis osor. 310.
Versus.
Vertere.
Verus.
Vesperi. —
Vestitus.
Vetare.
Veteranus. 312.
Via.
Victorem esse.
Videtur.
Videre & non. 313.
Vigilare.
Vim facere.
Vincere.
Vincire. 316.
Violare.
Virtuosus.
Vitare.
Vitiare. 318
Vitiosus.
Vituperare.
Viuarium.
Viuere. 318
Viuere hoc tempore. 319
Vlciſci.
Vmbrosus. 320.
Volare.
Voluptarius. 321.
Vomere. 322.
Vouere. 322
Vrbes laudandi f. —
Vti. —
Vtilis. 323.
Vulnerare. 324.
Vxorem dare.

TITVLI AD AMPLIFICANDAS ORATIONES IN PRIMIS ACCOMMODATI.

Aestimare.
Allicere. 12
Amare.
Amicitiam facere. 15
Auctoritatem habere.

Benevolum reddere.

Calamitas.
Causari.
Celebrem reddere. 40
Conciliare.
Conservare.
Constans.
Contemnere.
Corrigere.
Cupere.
Curare.

Decere.
Defendere.
Delectare.
Dolere.

Eloquens.
Excellere.
Expellere.

Fallere. 108.
Felicem facere.
Frui.

Gaudere.
Gloriari.
Gloriam quaerere. 126
Gratus, angenehm.

Honorificus.

Impellere.
Impendere.
Infelix.
Inimicum esse. 148.
Interest.
Juuare. 162.

Laudare.
Liberare.

Ma-

Manifestus.
Miser.

Negligere.
Nocere.
Nomen immortale &c.

Obsequi.
Odisse, odiosum reddere.
Oriri.

Patronus.
Peccare.
Perdere.
Periculo committere.
Perire.
Potens.
Praecipuus.
Praeponere.
Prodesse.
Promouere.
Prudens.
Punire.

Regere.
Resistere.

Restituere in integrum.

Sceleratus.
Scire. 267.
Seducere.
Separare.
Sperare.
Studere.
Studiose agere.
Stultus.
Superbus.

Tacere.
Tenebrae sunt.
Terrere.
Timere.
Tollere.
Tutus.

Valere.
Vestitus.
Vincere.
Vitare.
Vlcisci.
Voluptarius.
Vti.
Vtilis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862862442/phys_0367
DFG

TVLORVM.
Defendere.
Dehortandi forma.
Delectare.
Deliberare.
Delicatus.
Deſcribere.
Deſerere.
Deſiderare.
Deſperare.
Differre, Auffſchieben.
Differre, Unterſchieden ſeyn.
Difficilis.
Diligens.
ad Diligentiam hortandi formulae.
Diſcere.
Diſcipulus.
Diſplicere.
Diſputare.
Diſſentire.
Diſſitus.
Diues.
Diuulgare.
Docere, Doctus. 79
Dolere. 81
Donare.
Dormire.